

# LETTERATURA LATINA MEDIEVALE E UMANISTICA 1

(6 CFU)

(Prof. Cristina Cocco)

A.A. 2012/2013

## ANTOLOGIA DI TESTI

### Elenco dei brani

#### MODULO A (I SEMESTRE)

- 1) Un inno di VENANZIO FORTUNATO
- 2) Dal *De consolatione Philosophiae* di BOEZIO
- 3) Dalle *Variae* e dalle *Institutiones* di CASSIODORO
- 4) Dai *Dialogi* di GREGORIO MAGNO
- 5) Un'epistola di GREGORIO MAGNO
- 6) Dalla *Regula* di S. BENEDETTO
- 7) Dalla *Historia Francorum* di GREGORIO DI TOURS
- 8) Dalle *Etymologiae* di ISIDORO DI SIVIGLIA
- 9) Due *Aenigmata* dalle raccolte di ALDELMO e di BONIFACIO
- 10) BEDA *Historia ecclesiastica gentis Anglorum*
- 11) Alcuni *Capitolari* di CARLO MAGNO
- 12) Un'epistola di ALCUINO DI YORK
- 13) Il *Conflictus veris et hiemis* di ALCUINO DI YORK
- 14) Dalla *Historia Langobardorum* di PAOLO DIACONO
- 15) Un *Carmen figuratum* di RABANO MAURO
- 16) Le *Visiones*: la *Visio Wettini*
- 17) Dalla *Vita Karoli Magni* di EGINARDO
- 18) Dall' *Hortulus* di VALAFRIDO STRABONE
- 19) Un carme di GOTTESCALCO
- 20) Un tropo dialogato: *Resurrexi*
- 21) NOTKERO IL BALBO, Una sequenza
- 22) NOTKERO il BALBO *Gesta Karoli Magni*
- 23) ROSVITA *Calimachus*
- 24) Il *Chronicon Salernitanum*
- 25) LIUTPRANDO DA CREMONA
- 26) RODOLFO IL GLABRO *Historiarum libri*
- 27) Dal *Waltharius*
- 28) Dall'*Ecbasis captivi*
- 29) Dal *Ruodlieb*
- 30) *Carmina Cantabrigiensia*
- 31) *Carmina Burana*
- 32) Dal *Monologion* di ANSELMO D'AOSTA
- 33) Dalla *Historia calamitatum* di PIETRO ABELARDO
- 34) BERNARDO DI CHIARAVALLE *Epistulae*
- 35) Un brano di una "commedia elegiaca": il *Geta* di VITALE DI BLOIS
- 36) Il dramma sacro: *De nativitate Domini*
- 37) Una "visione" di ILDEGARDA DI BINGEN
- 38) Dalla *Alexandreis* di GUALTIERO DI CHÂTILLON
- 39) Dalle favole di GUALTIERO ANGLICO
- 40) Dall'*Anticlaudianus* di ALANO DI LILLA
- 41) Dal *Metalogicon* di GIOVANNI DI SALISBURY
- 42) SALIMBENE DE ADAM *Cronica*
- 43) OTTONE DI FRISINGA
- 44) VINCENZO DI BEAUVAIS, *Speculum maius*
- 45) IACOPO DA VARAZZE, *Legenda aurea*
- 46) Esempi di tropo e di sequenza

#### N.B.

In alcuni dei brani compresi nell'antologia viene impiegato il segno -u- sia per la vocale -u- che per la consonante -v-, secondo un uso adottato in gran parte delle edizioni scientifiche di testi latini.

**N.B.:**

La presente antologia costituisce uno strumento complementare alle lezioni di Letteratura latina medievale e umanistica 1. Il docente ufficiale indicherà di volta in volta le modalità di lettura e di utilizzo dei singoli brani in rapporto agli argomenti trattati.

Le indicazioni bibliografiche che accompagnano i singoli brani si riferiscono all'edizione moderna da cui i brani stessi (e la relativa traduzione italiana, se presente) sono stati tratti; esse costituiscono anche un invito alla lettura e all'approfondimento.

La maggior parte dei brani sono attinti da sillogi preesistenti, indicate per brevità col solo nome del compilatore; forniamo di seguito i dati per esteso:

Bartolini = *I Barbari*, testi dei secoli IV-XI scelti, tradotti e commentati da E. Bartolini, Milano, Longanesi & C, 1970

Franceschini = E. Franceschini, *Lineamenti di una storia letteraria del Medioevo latino*, Milano, Università Cattolica del Sacro Cuore, 1944

Guarracino = *Poeti latini tradotti da scrittori italiani contemporanei* a c. di V. Guarracino I-II, Milano, Bompiani, 1993

Norberg = D. Norberg, *Manuale di latino medievale* a c. di M. Oldoni. Bibliografia aggiornata a c. di P. Garbini, Salerno, Avagliano Editore, 2002<sup>2</sup>

PAC = *Poetae Latini aevi Carolini*, I, rec. E. Duemmler, Berlin, Weidmann, 1964 (= 1881)

Pastore Stocchi = M. Pastore Stocchi, *Esempi di prosa latina medievale*, Padova, Antenore, 1975

Santini = C. Santini (cur.), *Il Latino dell'Europa*, Roma, Carocci, 2003

Sidwell = K. Sidwell, *Reading Medieval Latin*, Cambridge, University Press, 1995

Vecchi = *Poesia latina medievale, Introduzione, testi, traduzione, note, trascrizioni musicali* a c. di G. Vecchi, Parma, Guanda, 1958<sup>2</sup>.

È stata inoltre impiegata la sigla MGH di uso corrente per indicare la collana dei *Monumenta Germaniae historica*.

## MODULO A

### 1) UN INNO DI VENANZIO FORTUNATO (II 6)

(da Guarracino II, pp. 1084-1087)

#### Hymnus in Honore Sanctae Crucis (\*)

Vexilla regis prodeunt,  
fulget crucis mysterium,  
quo carne carnis conditor  
suspensus est patibulo.

Confixa clavis viscera  
tendens manus, vestigia,  
redemptionis gratia  
hic immolata est hostia.

Quo vulneratus insuper  
mucrone diro lanceae,  
ut nos lavaret crimine,  
manavit unda et sanguine.

Impleta sunt quae concinit  
David fideli carmine  
dicendo nationibus:  
regnavit a ligno Deus.

Arbor decora et fulgida,  
ornata regis purpura,  
electa digno stipite  
tam sancta membra tangere.

Beata cuius brachiis  
pretium pendit saeculi,  
statera facta est corporis  
praedam tulitque Tartari.

Fundis aroma cortice,  
vincis sapore nectare,  
iucunda fructu fertili  
plaudis triumpho nobili.

Salve, ara, salve, victima,  
de passionis gloria,  
qua vita mortem pertulit  
et morte vitam reddidit.

1.  
Del re i vessilli avanzano,<sup>1</sup>  
della croce il mistero sfolgora,  
dove dell'uman l'artefice  
sospeso è al patibolo.

Da chiodi trafitto il corpo,  
tese le braccia e i piedi,  
per grazia che redime  
qui immolata è l'Ostia.

Qui trapassato il fianco  
da lancia inesorabile  
la nostra colpa a tergere  
acqua e sangue gronda.

Le profezie si compiono,  
cantate dal re Davide,  
quando alle genti dissero:  
"Regnò da un legno Dio".

Albero vago e fulgido,  
che il Re col sangue, imporpora  
eletto col degno tronco  
le membra sante a reggere.

Beato, perché sui bracci  
resse del mondo il prezzo,  
e fu bilancia al corpo  
rubando la preda al Tartaro.

Sparge aroma il tuo involucri,  
vinci in sapore il nettare,  
lieto d'un frutto fertile,  
plaudi al trionfo nobile.

Salve, o altare, o vittima,  
della passion la gloria:  
vita patì con te morte  
morte con te rese vita.

(traduzione di Fulvio Panzeri)

(\*) *Carmina*, II, 6 Leo. L'inno, dedicato alla Croce, fu composto a Poitiers in occasione dell'arrivo di una reliquia della santa Croce, donata alla regina Radegonda da Giustiniano II, imperatore d'Oriente, nel 569. Diventato presto famoso, costituisce una delle perle dell'innografia liturgica e ancor oggi viene cantato dalla Chiesa nella liturgia della Settimana Santa.

<sup>1</sup> Il verso sarà ripreso da Dante all'inizio del canto XXXIV dell'*Inferno*, con leggera variante (*Vexilla regis prodeunt inferni*).

## 2) Dal *DE CONSOLATIONE PHILOSOPHIAE* di BOEZIO (I 1)

(da Severino Boezio, *La consolazione della filosofia*, trad. di O. Dallera, Milano, BUR, 1977, pp. 68-71)

- I. Carmina qui quondam studio florente peregi,  
flebilis heu maestos cogor inire modos.  
Ecce mihi lacerae dictant scribenda Camenae  
et veris elegi fletibus ora rigant.
- 5 Has saltem nullus potuit pervincere terror,  
ne nostrum comites prosequerentur iter.  
Gloria felix olim viridisque iuventae,  
solantur maesti nunc mea fata senis.  
Venit enim properata malis inopina senectus  
10 et dolor aetatem iussit inesse suam.  
Intempestivi funduntur vertice cani  
et tremit effeto corpore laxa cutis.  
Mors hominum felix, quae se nec dulcibus annis  
inserit et maestis saepe vocata venit.
- 15 Eheu, quam surda miseros avertitur aure  
et flentes oculos claudere saeva negat!  
Dum levibus male fida bonis fortuna faveret,  
paene caput tristis merserat hora meum;  
nunc quia fallacem mutavit nubila vultum,  
20 protrahit ingratas impia vita moras.  
Quid me felicem totiens iactastis, amici?  
Qui cecidit, stabili non erat illo gradu.

1. Haec dum mecum tacitus ipse reputarem quemoniamque lacrimabilem stili officio signarem, astitisse mihi supra verticem visa est mulier reverendi admodum vultus oculis ardentibus et ultra communem hominum valentiam perspicacibus, colore vivido atque inexhausti vigoris, quamvis ita aevi plena foret, ut nullo modo nostrae crederetur aetatis, statura discretionis ambiguae. Nam nuno quidem ad communem sese hominum mensuram cohibebat, nunc vero pulsare caelum summi verticis cacumine videbatur; quae cum altius caput extulisset, ipsum etiam caelum penetrabat respicientiumque hominum frustrabatur intuitum. Vestes erant tenuissimis filis subtili artificio indissolubili materia perfectae, quas, uti post eadem prodente cognovi, suis manibus ipsa texerat; quarum speciem, veluti fumosas imagines solet, caligo quaedam neglectae vetustatis obdlexerat. Harum in extremo margine II Graecum, in supremo vero Θ legebatur intextum atque in utrasque litteras in scalarum modum gradus quidam insigniti videbantur, quibus ab inferiore ad superius elementum esset ascensus. Eandem tamen vestem violentorum quorundam sciderant manus et particulas, quas quisque potuit, abstulerant. Et dextra quidem eius libellos, sceptrum vero sinistra gestabat.

Quae ubi poéticas Musas vidit nostro assistentes toro fletibusque meis verba dictantes, commota paulisper ac torvis inflammata luminibus: Quis, inquit, has scenicas meretriculas ad hunc aegrum permisit accedere, quae dolores eius non modo nullis remediis foverent, verum dulcibus insuper alerent venenis? Hae sunt enim, quae infructuosus affectuum spinis uberem fructibus rationis segetem necant hominumque mentes assuefaciunt morbo, non liberant. At si quem profanum, uti vulgo solitum vobis, blanditiae vestrae detraherent, minus moleste ferendum putarem — nihil quippe in eo nostrae operae laederentur —, hunc vero Eleaticis atque Academicis studiis innutritum? Sed abite potius, Sirenes usque in exitum dulces, meisque eum Musis curandum sanandumque relinquite.

- I. Io che un tempo, con giovanile entusiasmo, composi canzoni, sono ora costretto, ahimé, a intonar in pianto meste nenie.  
Ecco: le Muse, lacere, mi suggeriscono le cose da scrivere e i versi elegiaci mi fan scorrere calde lacrime sul volto.  
Ma le Muse, almeno, da nessun timore si lasciaron distogliere dal seguirmi, fedeli compagne, nel mio cammino.  
Esse che furon un tempo gloria dei miei verdi anni fortunati, alleviano ora le mie disgrazie di vecchio infelice.  
Improvvisa, infatti, incalzata dai mali, è giunta la vecchiezza, e la sofferenza ha voluto che iniziasse la sua stagione.  
Anzi tempo si spande sul mio capo la canizie e tremola sul corpo esausto flaccida la pelle.  
Oh! felice la morte per gli uomini, quando nei dolci anni non li coglie, ma ai doloranti giunge, sovente invocata.  
Ma ahimé, quanto essa con sordo orecchio trascura i miseri e impietosa ricusa di chiudere gli occhi piangenti!  
Mentre con beni fugaci mi allettava l'infida fortuna, già un destino doloroso si preparava a sommergere la mia vita;  
ed or che esso, rabbuiatosi, ha mostrato il suo volto fallace, si prolunga con ingrati indugi la vita vuota di speranze.  
Perché, o amici, tante volte esaltaste la mia felicità? Chi è caduto, non sapeva costui ben reggersi sui suoi passi.

1. Mentre io nel silenzio andavo rimuginando tra me e me queste riflessioni, e annotavo, scrivendo, il mio lacrimevole lamento, mi sembrò che sopra il mio capo fosse apparsa una donna di aspetto venerando, dagli occhi sfolgoranti e penetranti oltre la comune capacità degli uomini. Il suo colorito era vivo e integro il suo vigore, benché ella fosse tanto carica d'anni da non potersi credere in nessun modo appartenente al tempo nostro. La sua statura era di ambigua valutazione. Ora infatti si manteneva nei limiti della normale statura degli uomini, ora invece sembrava toccare il cielo con la sommità del capo: e quando levava la testa ancor più in alto, penetrava nel cielo stesso, rendendo vano lo sguardo di chi tentava di seguirla con gli occhi. Le sue vesti erano intessute, con fine senso artistico, di fili sottilissimi d'una materia incorruttibile; come venni poi a sapere dalle sue parole, le aveva confezionate lei stessa con le sue mani; la loro bellezza, come accade per le pitture offuscate dal tempo, era velata da quella indefinibile patina che è propria delle cose antiche e trascurate. Nel lembo inferiore del vestito si poteva leggere, ricamata, una II greca, in quello superiore, invece, una Θ e tra le due lettere apparivano disegnati in figura di scala alcuni gradini per mezzo dei quali era possibile risalire dalla lettera inferiore a quella superiore. La stessa veste appariva tuttavia lacerata da mani violente, che ne avevano portato via quanti brandelli avevano potuto. La donna reggeva nella mano destra dei libri, nella sinistra uno scettro.

Come vide attorno al mio letto le Muse della poesia che suggerivano parole al mio pianto, si turbò lievemente e con una luce cupa negli occhi, esclamò: Chi ha permesso che si accostassero al malato queste sguardinelle da teatro che non solo non possono offrire alcun rimedio ai suoi dolori, ma anzi con i loro dolci veleni li alimentano? Son proprio costoro che soffocano tra le sterili spine del sentimento la messe della ragione rigogliosa di frutti, e anziché liberare la mente umana dalla malattia, ne provocano l'assuefazione. Se le vostre lusinghe mi sottraessero qualche profano, come è vostro costume, riterrei meno grave l'affronto — nel suo caso infatti non sarebbe per nulla danneggiata l'opera mia —, ma sottrarmi proprio quest'uomo cresciuto negli studi eleatici e accademici? Andatevene, Sirene rovinosamente incantevoli e lasciate che siano le mie arti a prenderlo in cura e a guarirlo.

### 3) CASSIODORO

a) Dalle *VARIAE* (I 1)  
(da Bartolini, pp. 318-321)

La lettera, scritta da Cassiodoro per conto di Teodorico e diretta all'imperatore d'Oriente, risale probabilmente al 508.

ANASTASIO IMPERATORI  
THEODERICUS REX

OPORTET nos, clementissime imperator, pacem quaerere, qui causas iracundiae cognoscimus non habere: quando ille moribus iam tenetur obnoxius, qui ad iusta deprehenditur imparatus. omni quippe regno desiderabilis debet esse tranquillitas, in qua et populi proficiunt et utilitas gentium custoditur. haec est enim bonarum artium decora mater, haec mortalium genus reparabili successione multiplicans facultates protendit, mores excolit: et tantarum rerum ignarus agnoscitur qui eam minime quaesisse sentitur. Et ideo, piissime principum, potentiae vestrae convenit et honori, ut concordiam vestram quaerere debeamus, cuius adhuc amore proficimus. vos enim estis regnorum omnium pulcherrimum decus, vos totius orbis salutare praesidium, quos ceteri dominantes iure suspiciunt, quia in vobis singulare aliquid inesse cognoscunt, nos maxime, qui divino auxilio in re publica vestra didicimus, quemadmodum Romanis aequabiliter imperare possimus. Regnum nostrum imitatio vestra est, forma boni propositi, unici exemplar imperii: qui quantum vos sequimur, tantum gentes alias antequam hortamini me frequenter, ut diligam senatum, leges principum gratanter amplectar, ut cuncta Italiae membra componam. quomodo potestis ab Augusta pace dividere, quem non optatis a vestris moribus discrepare? additur etiam veneranda Romanae urbis affectio, a qua segregari nequeunt quae se nominis unitate iunxerunt. Proinde illum et illum legationis officio ad serenissimam pietatem vestram credidimus destinandos, ut sinceritas pacis, quae causis emergentibus cognoscitur fuisse vitata, detersis contentionibus in sua deinceps firmitate restituta permaneat: quia pati vos non credimus inter utrasque res publicas, quarum semper unum corpus sub antiquis principibus fuisse declaratur, aliquid discordiae permanere. Quas non solum oportet inter se otiosa dilectione coniungi, verum etiam decet mutuis viribus adiuvari. Romani regni unum velle, una semper opinio sit. quicquid et nos possumus, vestris praeconiis applicetur. Quapropter salutationis honorificentiam praeferentes pro-na mente deprecamur, ne suspendatis mansuetudinis vestrae gloriosissimam caritatem, quam ego sperare debui, etiamsi aliis non videretur posse concedi. cetera vero per praesentium latores pietati vestrae verbo suggerenda commisimus, ut nec epistularis sermo redderetur extensior nec aliquid pro utilitatibus nostris praetermissis videremur.

ALL'IMPERATORE ANASTASIO,  
TEODORICO RE

A NOI, o clementissimo imperatore, che sappiamo di non avere motivi d'atrito, s'addice la pace dal momento che già si giudica pregiudizievole al retto vivere il venir scoperti impreparati al giusto.

E davvero obiettivo d'ogni regno dev'essere la pace di cui s'avvantaggia l'interesse pubblico e quello privato. Essa è la madre che si conviene alle buone arti; essa potenzia il genere umano moltiplicandone le possibilità con un succedersi che permette il ricupero, e abbellendone i costumi. Sì che ignaro di tali cospicui vantaggi si dimostra chi dà a vedere di non averla affatto cercata.

Pertanto, o pio tra i sovrani, s'addice alla vostra potenza, e all'onore che vi è dovuto, il nostro impegno nel perseguire un'armonia d'intenti con voi della cui benevolenza ancor sempre ci avvantaggiamo. Siete il decoro più splendido di tutti i regni, il presidio di salvezza di tutto quanto il mondo, voi a cui, nel riconoscerci innato qualcosa di straordinario, giustamente guardano gli altri re, e noi in particolare che, con l'aiuto di Dio, impariamo nel vostro Stato in qual modo poter reggere con equità i Romani.

Del vostro regno, forma di ogni buona intenzione, modello d'un impero unico nel suo genere, il nostro è imitazione. Ed è per quanto vi seguiamo che precediamo tutte le altre genti.

Esortatemi con frequenza ad amare il senato, a obbedire con zelo alle leggi dell'impero affinché mi sia dato di riunire insieme tutte quante le membra d'Italia. Come potete separare dall'augusta pace chi non volete discorde dal vostro modo di vivere? S'aggiunga poi la riverenza doverosamente dovuta a quella Roma dalla quale non può venire staccato ciò che si congiunse nell'unità del nome.

Per questo complesso di ragioni, abbiamo ritenuto d'invviare un'ambasceria alla serenissima vostra benignità affinché, tolta di mezzo ogni diatriba, una sincera pace che cause contingenti possono aver turbato permanga e si rafforzi d'ora innanzi nella sua saldezza. Non possiamo infatti pensare che voi permettiate che tra l'uno e l'altro Stato, di cui s'afferma aver sempre costituito sotto i principi d'un tempo un solo corpo, sussista qualche germe di discordia. Ad essi conviene invece non solo il legame d'un affetto inoperoso, ma un mutuo, reciproco aiuto. Vi sia un solo volere nello Stato romano, un'unica direttiva. E che i nostri sforzi in questo senso trovino appoggio nella vostra lode.

Presentando il nostro rispettoso saluto, con umile intendimento vi preghiamo di non interrompere, nella vostra mansuetudine, quell'affetto che altissimamente mi onora e che avrei dovuto sperare nonostante il diverso avviso altrui. I latori della presente sono poi incaricati di riferire a voce su altri argomenti alla benignità vostra: questo sia per non appesantire il contenuto della lettera, sia per non apparire in nulla trascuranti del nostro interesse.

b) Cassiodoro *Institutiones* I 30, 2  
(traduzione di M. Donnini, Roma 2001, pp. 118-119)

Sed ne tanto bono mutatis litteris scriptores verba vitiosa permisceant aut ineruditus emendator nesciat errata corrigere, orthographos antiquos legant, id est, Velium Longum, Curtium Valerianum, Papirianum, Adamantium Martyrium de V et B, eiusdem de primis mediis atque ultimis syllabis, eiusdem de B littera trifariam in nomine posita, et Eutychen de aspiratione, sed et Focam de differentia generis; quos ego quantos potui studiosa curiositate collegi. Et ne quempiam memoratorum codicum obscuritas derelicta turbaret, quoniam antiquarum declinationum permixtione pro maxima parte confusi sunt, magno studio laboris incubui, ut in libro sequestrato atque composito, qui inscribitur de Orthographia, ad vos defloratae regulae pervenirent, et dubietate sublata liberior animus viam emendationis incederet. Diomedem quoque et Theoctistum aliqua de tali arte scripsisse comperimus; qui si inventi fuerint, vos quoque eorum deflorata colligite. Forte et alios invenire possitis, per quos notitia vestra potius instruat. Isti tamen qui memorati sunt, si assiduo studio relegantur, omnem vobis caliginem ignorationis abscidunt, ut quod hactenus ignoratum est habeatur ex maxima parte notissimum.

2. Ma perché in un lavoro così nobile i copisti non inseriscano parole errate cambiando lettere o perché l'ignorante correttore non sappia correggere gli errori, leggano gli antichi scrittori di ortografia, cioè Velio Longo<sup>5</sup>, Curzio Valeriano<sup>6</sup>, Papiriano<sup>7</sup>, Adamanzio Martirio<sup>8</sup> sulle lettere V e B, sulle prime, medie e ultime sillabe, sulla lettera B nelle tre posizioni nel nome e nell'aggettivo, Eutiche<sup>9</sup> sull'aspirazione e Foca<sup>10</sup> sulla differenza di genere. Per quanto mi è stato possibile li ho riuniti con diligente cura. E per impedire che l'oscurità dei libri or ora menzionati turbasse qualcuno, essendo essi in massima parte non chiari per la confusione delle antiche desinenze, mi sono impegnato con grande zelo e fatica a far sì che in un libro compilato a parte, intitolato *Sulla ortografia*, fossero a vostra disposizione regole scelte e la mente, allontanata dal dubbio, potesse procedere più libera nella via della correzione. Sappiamo che anche Diomede<sup>11</sup> e Teoctisto<sup>12</sup> hanno scritto su quest'arte. Se le loro opere verranno ritrovate, anche voi riunitene assieme passi scelti. Forse potrete trovare anche altri autori attraverso i quali la vostra conoscenza potrà arricchirsi. Questi, tuttavia, che ho menzionato, se verranno letti con costante zelo, toglieranno tutta la caligine della vostra ignoranza, per cui quello che prima era ignoto potrà ora diventare in massima parte notissimo.

<sup>5</sup> Velio Longo, erudito della prima metà del II secolo d.C., scrisse un *De orthographia*.

<sup>6</sup> Curzio Valeriano (V secolo d.C.) compilò, da opere precedenti, un trattato di ortografia.

<sup>7</sup> Papiriano, grammatico del V secolo d.C., è autore di un *De orthographia*.

<sup>8</sup> Di Adamanzio Martirio, grammatico della prima metà del VI secolo d.C., Cassiodoro riporta alcuni *excerpta* nel *De orthographia* (capp. V-VII).

<sup>9</sup> Eutiche (VI secolo d.C.) scrisse una *Ars de verbo* ed un trattatello *De inspiratione*.

<sup>10</sup> Foca (V secolo d.C.) è autore di una *Ars de nomine et verbo* e di una biografia di Virgilio in esametri.

<sup>11</sup> Diomede (IV secolo d.C.) è autore di una *Ars grammatica*.

<sup>12</sup> Teoctisto fu maestro di Prisciano (V-VI secolo d.C.).

#### 4) Dai *DIALOGI* di GREGORIO MAGNO (II 1-2; III 38)

##### *Dialogi* II 1-2

(da *Lo spirito, la storia, la tradizione. Antologia della letteratura latina medievale, 1. L'alto medioevo*, a cura di G. GERMANO, Napoli, Loffredo Editore, 2007, pp. 86-87)

##### *De vita et miraculis venerabilis Benedicti Abbatis.*

1. Fuit vir vitae venerabilis, gratia Benedictus et nomine,<sup>1</sup> ab ipso pueritiae suae tempore cor gerens senile.<sup>2</sup> Aetatem quippe moribus transiens, nulli animum voluptati dedit, sed dum in hac terra adhuc esset,<sup>3</sup> quo<sup>4</sup> temporaliter<sup>5</sup> libere uti potuisset, despexit iam quasi aridum mundum cum flore.<sup>6</sup> Qui liberiori genere ex provincia Nursiae<sup>7</sup> exortus, Romae liberalibus litterarum studiis traditus fuerat,<sup>8</sup> sed, cum in eis multos ire per abrupta vitiorum cerneret, eum,<sup>9</sup> quem quasi in ingressum mundi posuerat, retraxit pedem, ne, si quid de scientia eius adtingeret, ipse quoque postmodum in inmane<sup>10</sup> praecipitium totus iret. Despectis itaque litterarum studiis, relicta<sup>11</sup> domo rebusque patris,<sup>12</sup> soli Deo placere desiderans, sanctae conversationis<sup>13</sup> habitum quaesivit. Recessit igitur scienter nescius et sapienter indoctus.<sup>14</sup>

2. Huius ego omnia gesta non didici, sed pauca quae narro<sup>15</sup> quatuor discipulis illius referentibus agnovi: Constantino scilicet, reverentissimo valde viro, qui ei in monasterii regimine successit; Valentiniano quoque, qui multis annis Lateranensi monasterio praefuit; Simplicio, qui congregationem illius post eum tertius rexit; Honorato etiam, qui adhuc cellae eius, in qua prius conversatus fuerat,<sup>16</sup> praest.<sup>17</sup>

1. C'è stato un uomo dalla vita degna di venerazione, Benedetto dalla grazia e di nome, che fin dal tempo stesso della sua fanciullezza presentava la disposizione d'animo propria di una persona anziana. Sopravanzando, certo, per le abitudini di vita la sua giovane età, non aprì il suo animo ad alcun piacere, ma, per tutto il tempo che sarebbe stato ancora su questa terra, dispregiò il mondo col suo fiore come fosse ormai arido, per quanto dal punto di vista dei beni temporali ne avrebbe potuto fruire liberamente. Egli, nato nel territorio di Norcia da una famiglia di alquanto elevata condizione sociale, era stato indirizzato a Roma agli studi liberali delle lettere, ma, poiché si accorgeva del fatto che molti che vi si dedicavano andavano per gli erti pendii dei vizi, ritrasse quel piede che aveva posto come sulla soglia del mondo, per non finire in seguito anche lui completamente nell'immane precipizio, se avesse assaggiato un po' della sua scienza. Disdegnati, così, gli studi letterari, abbandonata la casa ed il patrimonio paterno, con la bramosia di piacere solo a Dio, cercò di ottenere l'abito della santa vita ascetica. Si ritirò, dunque, dal mondo, consapevolmente ignorante e sapientemente incolto.

2. Io, per quanto mi riguarda, non conosco tutti i fatti della sua vita, ma ho appreso le poche vicende che narro dal racconto di quattro suoi discepoli: cioè da Costantino, uomo certamente degno di grande reverenza, che fu il suo successore nella direzione del monastero; da Valentiniano, poi, che per molti anni governò il monastero del Laterano; da Simplicio, che dopo di lui fu il terzo a dirigere la sua comunità; ed ancora da Onorato, che tuttora governa il suo cenobio, nel quale in principio si era dato alla vita monastica.

38 GREGORIUS Hac de te nil, Petre, mireris. nam Redemptum, Ferentini episcopum, vitae venerabilis virum, qui ante hos fere annos septem ex hoc mundo migravit, dilectio tua cognitum habuit. hic, sicut mihi adhuc in monasterio posito valde familiariter iungebatur, hoc quod, Iohannis iunioris predecessoris mei tempore, de mundi fine cognoverat, sicut longe lateque claruerat, a me requisitus mihi ipse narrabat. aiebat namque, quia quodam die, cum parochias suas ex more circuitet, pervenit ad aecclesiam Beati martyris Iutici. advesperescente autem die stratum sibi fieri iuxta sepulchrum martyris voluit, adque ibi post laborem quievit. cum nocte media, ut adsebat, nec dormiebat, nec perfecte vigilare poterat, sed depraesus, ut solit, gravabatur quodam pondere, vigilans animus, adque ante eum isdem beatus martyr Iuticus adstetit, dicens: « Redempte, vigilas? » cui respondit: « vigilo ». qui ait: « finis venit universae carni; finis venit universae carni; finis venit universae carni ». post quam trinam vocem, visio martyris, quae eius mentis oculis apparebat, evanuit. tunc vir Domini surrexit, seque in orationis lamentum dedit. mox enim illa terribilia in caelum signa secuta sunt, ut aetae adque acies igneae ab aquilonis parte viderentur; mox efferat Langobardorum gens, de vagina suae habitationis educta, in nostra cervice crassata est, atque hominum genus, quod in hac terra prae multitudine nimia, quasi spissae segitis more, surrexerat, succisum aruit. nam depopolatae urbes, eversa castra, concrematae aecclesiae, distructa sunt monastiria virorum adque feminarum, desolata ab hominibus praedia, adque ab omni cultore destituta in solitudine vacat terra. nullus hanc possessor inhabitat; occupaverunt bestiae loca, quae prius multitudo hominum tenebat, et, quid in aliis mundi partibus agatur, ignoro; nam hac in terra, in qua nos vivimus, finem suum mundus non iam adnuntiat, sed ostendit. tanto ergo nos necesse est instantius aeterna quaerere, quanto a nobis cognoscimus velociter temporalia fugisse. dispiciendus a nobis hic mundus fuerat, etiam si blandiretur, si rebus prosperis demulcerit animum; at, postquam tot flagellis praemitur, tanta adversitate fatigatur, tot nobis cottidie dolores ingeminat, quid nobis aliud, quam ne diligatur, clamant?

38 GREGORIO Ma tu non preoccuparti, o Pietro, di questa prossima fine del mondo. Già anche tu hai conosciuto Redento vescovo di Ferentino, uomo di santa vita, passato da questo mondo circa un sette anni or sono: anzi so che vivamente lo prediligevi. Lui al quale, mentre vivevo ancora in monastero, mi legavano vincoli di grande amicizia, soleva narrarmi, sulle mie insistenze, ciò che, da mille indizi, era venuto a conoscere intorno alla fine del mondo, e questo al tempo del papa Giovanni, mio predecessore.

Un giorno, mi diceva, che come il solito era andato a visitare le sue parrocchie, capitò nella chiesa del beato Eutichio martire. Poiché ormai la sera stava sopraggiungendo, si fece preparare un lettuccio accanto al sepolcro del martire, e vi si buttò a dormire dopo il lavoro della giornata. Verso mezzanotte, quando, secondo le sue parole, non era né ben sveglio, ma neppure addormentato, e piuttosto in uno stato di sonnolenza, l'animo come gravato sotto il peso di un pensiero, gli apparve il santo martire Eutichio.

« Redento, tu vegli? »

« Sì, sono desto. »

E l'altro:

« Ecco che è venuta la fine di ogni carne. Ecco che è venuta la fine di ogni carne. Ecco che è venuta la fine di ogni carne ».

E dopo questa espressione ripetuta tre volte, la visione disparve.

Allora quel servo di Dio si alzò e si mise a pregare e a piangere. Immediatamente in cielo apparvero terribili segni e furono viste aste e schiere di fuoco dalle parti d'Aquilone. E, dopo, la razza crudele dei Longobardi, come spada tratta fuori dalla vagina delle sue regioni, s'abbatté sulle nostre cervici. E la popolazione che in questi luoghi s'era moltiplicata come densa messe, venne falciata a morte. Ecco città spopolate, castelli distrutti, chiese incendiate, monasteri di uomini e di donne devastati, campagne desolate e ormai prive di chi le coltivi, località prima abitate dall'uomo ora ridotte a deserti senza padrone, a rifugio di fiere.

Che cosa avvenga nelle altre parti del mondo, non lo so.

Ma qui dove noi viviamo, il mondo, più che annunciarci la sua fine, ce la fa già vedere.

Per questo è tanto più necessario andare in cerca dei beni eterni: quanto più vediamo che rapidamente ci sfuggono quelli temporali e transitori. Avremmo dovuto disprezzare questo mondo pur se ci avesse allettato con le sue lusinghe e con le sue prosperità. Ma dopo che ci fustiga con tanti flagelli, e ci travaglia con tante calamità, e ci raddoppia ogni giorno i suoi dolori, che altro mai ci grida se non che non dev'essere amato?



## 5) Un'epistola di GREGORIO MAGNO

(da *Opere di Gregorio Magno*, V/1. *Lettere* (I-II), a c. di V. Recchia, Roma, Città nuova, 1996, pp. 68-71)

### IV, 27

*Hospitoni, duci Barbaricinorum, Felicem episcopum et Cyriacum seruum Dei missos, ut Barbaricinos christianae fidei concilient, commendat.*

594, Mai.

#### GREGORIVS HOSPITONI DVCI BARBARICINORVM

Cum de gente uestra nemo Christianus sit, in hoc scio quia omni genti tuae es melior, quia tu in ea Christianus inueniris.

Dum enim Barbaricini omnes ut insensata animalia uiuant, Deum  
5 uerum nesciant, ligna autem et lapides adorent, in eo ipso quod  
uerum Deum colis, quantum omnes antecedas ostendis. Sed fidem  
quam percepisti etiam bonis actibus exsequi debebis, et Christo,  
cui credis, offerre quod praeuales, ut ad eum quoscumque potue-  
ris adducas eosque baptizari facias, aeternam uitam diligere  
10 admoneas. Quod si fortasse ipse agere non potes, quia ad aliud oc-  
cuparis, salutans peto ut hominibus nostris quos illic transmisi-  
mus, scilicet fratri et coepiscopo meo Felici, filio quoque meo  
Cyriaco seruo Dei, solaciari in omnibus debeas, ut, dum eorum  
labores adiuuas, deuotionem tuam omnipotenti Domino ostendas,  
15 et ipse tibi in bonis actibus adiutor sit, cuius tu in bono opere  
famulis solaciaris. Benedictionem uero sancti Petri apostoli per eos  
uobis transmisimus, quam peto ut debeatis benigne suscipere.

### IV, 27

*Raccomanda ad Ospitone, duca dei Barbaricini, il vescovo Felice e il monaco Ciriaco, mandati per convertire alla fede cristiana il suo popolo.*

594, maggio

#### GREGORIO AD OSPITONE DUCA DEI BARBARICINI

Poiché della vostra gente nessuno è cristiano, constato che tu sei migliore di tutto il tuo popolo dal momento che ti trovi cristiano in mezzo

ad esso. Mentre, infatti, tutti i Barbaricini vivono come animali senza ragione, non conoscono il vero Dio ma adorano gli idoli di legno e di pietra, per il fatto stesso che tu adori il vero Dio mostri quanto sei superiore a tutti loro. Ma la fede che hai ricevuto devi tradurla in opere buone, e offrire a Cristo - nel quale credi - quanto sei capace di fare, in modo da condurre a lui tutti quelli che puoi, farli battezzare e incitarli ad apprezzare la vita eterna. Che se non ti riesce di far questo di persona perché sei occupato in altro, porgendoti il mio saluto ti chiedo di prestare aiuto in tutto ai miei uomini che ho ivi inviato, e cioè il fratello e coepiscopo mio Felice e il figlio mio, il monaco Ciriaco (2), affinché, mentre collabori al loro lavoro, dimostri la tua devozione a Dio onnipotente; il quale a sua volta ti soccorrerà nelle nobili gesta, dal momento che tu sei stato di conforto ai suoi servi nell'operare il bene. Per mezzo loro ti ho inviato le reliquie di san Pietro, che ti prego di accettare benevolmente.

## 6) Dalla *REGULA* di S. BENEDETTO (XLVIII 1-25)

(da S. Benedicti *Regula*, intr., testo, apparati, trad. e comm. a c. di G. Penco, Firenze, La Nuova Italia Editrice, 1958, pp.138-135)

### XLVIII. DE OPERA MANUUM COTIDIANA.

<sup>1</sup> Otiositas inimica est animae, et ideo certis temporibus occupari debent fratres in labore manuum, certis iterum horis in lectione divina.

<sup>2</sup> Ideoque hac dispositione credimus utraque tempora ordinari: <sup>3</sup> id est, ut a Pascha usque kalendas Octobres a mane exeuntes a prima usque hora pene quarta laborent quod necessarium fuerit; <sup>4</sup> ab hora autem quarta usque hora quasi sexta agente lectioni vacent. <sup>5</sup> Post sexta autem surgentes a mensa pausent in lecta sua cum omni silentio, aut forte qui voluerit legere sibi, sic legat ut alium non inquietet. <sup>6</sup> Et agatur nona temperius, mediante octava hora, et iterum quod faciendum est operentur usque ad vesperam. <sup>7</sup> Si autem necessitas loci aut paupertas exigerit, ut ad fruges recollegendas per se occupentur, non contristentur, <sup>8</sup> quia tunc vere monachi sunt, si labore manuum suarum vivunt, sicut et patres nostri et Apostoli. <sup>9</sup> Omnia tamen mensurate fiant propter pusillanimes.

<sup>10</sup> A kalendas autem Octobres usque caput Quadragesimae usque in hora secunda plena lectioni vacent; <sup>11</sup> hora secunda agatur tertia, et usque nona omnes in opus suum laborent quod eis iniungitur. <sup>12</sup> Facto autem primo signo nonae horae deiungant ab opera sua singuli et sint parati, dum secundum signum pulsaverit. <sup>13</sup> Post refectonem autem vacent lectionibus suis aut psalmis.

<sup>14</sup> In Quadragesimae vero diebus a mane usque tertia plena vacent lectionibus suis et usque decima hora plena operentur quod eis iniungitur. <sup>15</sup> In quibus diebus Quadragesimae accipiant omnes singulos codices de bibliotheca, quos per ordinem ex integro legant; <sup>16</sup> qui codices in caput Quadragesimae dandi sunt. <sup>17</sup> Ante omnia sane deputentur unus aut duo seniores qui circumveant monasterium horis quibus vacant fratres lectioni, <sup>18</sup> et videant ne forte inveniatur frater accidiosus, qui vacat otio aut fabulis et non est intentus lectioni, et non solum sibi inutilis est, sed etiam alios distollit. <sup>19</sup> Ille talis, si, quod absit, repertus fuerit, corripiatur, semel et secundo; <sup>20</sup> si non emendaverit, correptioni regulari subiaceat, taliter ut ceteri timeant. <sup>21</sup> Neque frater ad fratrem iniungatur horis incompetentibus. <sup>22</sup> Dominico item die lectioni vacent omnes, excepto his qui variis officiis deputati sunt. <sup>23</sup> Si quis vero ita negligens et desidiosus fuerit, ut non velit aut non possit meditare aut legere, iniungatur ei opus quod faciat, ut non vacet. <sup>24</sup> Fratibus infirmis aut delicatis talis opera aut ars iniungatur, ut nec otiosi sint nec violentia laboris opprimantur aut effugentur; <sup>25</sup> quorum inbecillitas ab abbate consideranda est.

### XLVIII. DEL LAVORO MANUALE QUOTIDIANO.

<sup>1</sup> L'ozio è nemico dell'anima, perciò i monaci in determinate ore devono attendere al lavoro manuale e in altre ore, anch'esse determinate,

alla lettura spirituale. <sup>2</sup> E perciò crediamo che entrambi gli orari di tali occupazioni possano essere combinati in base al seguente ordinamento: <sup>3</sup> cioè da Pasqua fino agli inizi d'ottobre al mattino, uscendo da Prima, lavorino quanto è necessario fino circa all'ora quarta; <sup>4</sup> dall'ora quarta fin verso la fine dell'ora sesta siano occupati nella lettura. <sup>5</sup> Finita sesta e levatisi da tavola, si riposino nel proprio letto in assoluto silenzio e se per caso qualcuno volesse leggere per conto suo, se ne stia a leggere senza dar fastidio a nessuno. <sup>6</sup> Si reciti Nona un po' in anticipo, a metà dell'ora ottava, e poi facciano di nuovo ciò che bisogna fare fino a Vespro. <sup>7</sup> Qualora poi le esigenze locali o la povertà richiedessero che i monaci siano personalmente occupati nella raccolta delle messi, non abbiano ad adirarsene, <sup>8</sup> poiché allora sono veramente monaci se vivono del lavoro delle proprie mani come i nostri padri e gli Apostoli. <sup>9</sup> Tutto però si compia con misura, avendo riguardo ai più deboli.

<sup>10</sup> Dall'inizio d'ottobre poi fino al principio della Quaresima, attendano alla lettura fino alla fine dell'ora seconda. <sup>11</sup> All'ora seconda si dica Terza e fino a Nona tutti attendano al lavoro loro assegnato. <sup>12</sup> Dato poi il primo segnale di Nona, ciascuno interrompa il proprio lavoro, stando preparato per il suono del secondo segnale. <sup>13</sup> Dopo la refezione attendano alle letture personali o allo studio dei salmi.

<sup>14</sup> Nei giorni di Quaresima leggano dalla mattina fino all'ora terza compiuta, lavorando poi secondo gli ordini ricevuti fino all'ora decima compiuta. <sup>15</sup> In questi giorni di Quaresima ognuno riceva un codice dalla biblioteca, da leggere di seguito e interamente; <sup>16</sup> tali codici devono essere distribuiti all'inizio della Quaresima. <sup>17</sup> Si incarichino innanzi tutto uno o due anziani che facciano il giro del monastero nelle ore in cui i monaci attendono alla lettura, <sup>18</sup> per stare attenti che non si trovi qualche monaco pigro il quale perda tempo in ozio o in chiacchiere e non sia applicato alla lettura, e non solo si renda inutile a se stesso, ma distrugga anche gli altri. <sup>19</sup> Se si trovasse, che non sia mai, un tipo simile, lo si rimproveri una prima ed una seconda volta; <sup>20</sup> se non si correggesse, sia sottoposto alla penitenza della Regola, in modo che gli altri ne abbiano timore. <sup>21</sup> Né un monaco tratti con un altro monaco in ore non stabilite. <sup>22</sup> Di domenica pure attendano tutti alla lettura, eccetto quelli che sono destinati ai vari uffici. <sup>23</sup> Se però ci fosse qualcuno così negligente e svogliato da non volere o sapere stare raccolto e leggere, gli si dia da fare qualche lavoro perché non rimanga in ozio. <sup>24</sup> Quanto ai monaci infermi o cagionevoli, si affidi loro un lavoro o un'attività tale che non stiano senza far niente e neppure si sentano schiacciati dal peso della fatica o addirittura tentati di andarsene; <sup>25</sup> la loro debolezza deve invece esser tenuta presente dall'abbate.

## 7) Dalla *HISTORIA FRANCORUM* di GREGORIO DI TOURS (II 40)

(da Bartolini, pp.1344-1345)

40 Cum autem Chlodovechus rex apud Parisios moraretur, misit clam ad filium Sigiberti, dicens: Ecce pater tuus senuit, et pede debili claudicat. Si ille, inquit, moreretur, recte tibi cum amicitia nostra regnum illius redderetur. Qua ille cupiditate seductus, patrem molitur occidere. Cumque ille egressus de Colonia civitate, transacto Rheno, per Buconiam silvam ambulare disponeret, meridie in tentorio suo obdormiens, inmissis super eum filius percussoribus, eum ibidem interfecit, tanquam regnum illius possessurus. Sed iudicio Dei in foveam, quam patri hostiliter fodit, incidit. Misit igitur nuntios ad Chlodovechum regem, de patris obitu nuntiantes, atque dicentes: Pater meus mortuus est, et ego thesauros cum regno ejus penes me habeo. Dirige tuos ad me, et ea quae tibi de thesauris illius placent, bona voluntate transmittam. Et ille: Gratias, inquit, tuae voluntati ago, et rogo ut venientibus nostris patefacias, cuncta ipse deinceps possessurus. Quibus venientibus iste patris thesauros pandit. Qui dum diversa respicerent, ait: In hanc arcellulam solitus era pater meus numismata auri congerere. Immitte, inquit illi, manum tuam usque ad fundum, ut cuncta reperias. Quod cum fecisset, et esset valde declinus, unus elevata manu bipennem cerebro ejus illisit: et sic quae in patrem egerat indignus incurrit. Quod audiens Chlodovechus, quod scilicet interfecit esset Sigiberti et filius ejus, in eundem locum adveniens, convocat omnem populum illum, dicens: Audite quid contigerit. Dum ego, inquit, per Scaldem fluvium navigarem, Chlodericus, filius parentis mei, patrem suum insequabatur, verbo ferens, quod ego eum interficere velim. Cumque ille per Buconiam silvam fugeret, inmissis super eum latrunculis, morti tradidit et occidit. Ipse quoque dum thesauros ejus aperit, a nescio quo percussus interiit. Sed in his ego nequaquam conscius sum. Nec enim possum sanguinem parentum meorum effundere: quod fieri nefas est. Sed quia haec evenerunt, consilium vobis praebeo, si videtur acceptum, convertimini ad me, ut sub mea sitis defensione. At illi ista audientes, plaudentes tam parvis quam vocibus, eum clypeo evertum super se regem constituunt. Regnumque Sigiberti acceptum cum thesauris, ipsos quoque suae ditioni ascivit. Prosternebat enim quotidie Deus hostes ejus sub manu ipsius, et augebat regnum ejus, eo quod ambularet recto corde coram eo, et faceret quae placita erant in oculis ejus.

40 Durante il soggiorno a Parigi, Clodoveo mandò a dire segretamente al figlio di Sigiberto:

« Ecco che tuo padre invecchia e zoppica con quella sua gamba. Se dovesse morire, il regno e la nostra amicizia ti spetterebbero di diritto ».

Suggestionato nella sua cupidigia di regnare, Cloderico decide di uccidere il padre. E mentre costui, abbandonata Colonia e passato il Reno, si disponeva ad attraversare la foresta di Buchau, il figlio, lanciati sulle sue tracce dei sicari prezzolati, lo sorprende sotto la tenda, immerso nel sonno pomeridiano, e lo uccide per impadronirsi del regno; ma il giudizio di Dio doveva trascinarlo nella stessa tomba perfidamente scavata al padre.

Egli inviò dunque un'ambasciata a Clodoveo per annunciargli la morte del padre con queste parole:

« Mio padre è morto, e io sono entrato in possesso dei suoi tesori e del regno. Inviarmi qualcuno da parte tua, e sarò ben felice di farti avere ciò che di questi tesori ti piacerà ».

« Ti ringrazio delle tue intenzioni », fu la risposta di Clodoveo, « e ti prego di mostrare ai miei inviati tutti costesti tesori di cui in seguito sarai l'unico padrone. »

Arrivati che furono gli ambasciatori, il figlio di Sigiberto sciorinò sotto i loro occhi i tesori del padre e, mentre andavano esaminando ora questo ora quell'oggetto, disse:

« Mio padre aveva l'abitudine d'ammassare le monete d'oro in questo piccolo forziere ».

« Affondaci la mano », gli suggerirono, « in modo da esplorarlo completamente. »

Egli obbedì e, mentre era tutto curvo, uno degli uomini gli fracassò le cervella con un colpo d'ascia, facendo subire a quel figlio indegno la stessa sorte del padre.

Alla notizia che Sigiberto e suo figlio erano stati uccisi, Clodoveo si recò in quelle località dove, convocato tutto il popolo:

« Ascoltate ciò che è successo. Mentre navigavo lungo l'Escaut, Cloderico, il figlio d'un mio parente, perseguitava il padre e avrebbe preteso che proprio io glielo uccidessi. Poi, sul padre fuggiasco attraverso la foresta di Buchau, sguinzagliava dei sicari e lo assassinava. Ma a sua volta venne messo a morte, da non so chi, mentre mostrava i suoi tesori. Nessuna responsabilità può essermi attribuita in tutto questo,

perché io non spargo il sangue dei miei parenti: il che sarebbe delittuoso. Ma poiché tutto questo è avvenuto, vi faccio una proposta; a voi accettarla, se vi aggrada: unitevi a me e siate sotto la mia protezione ».

A queste parole, i presenti applaudirono gridando e percuotendo gli scudi sui quali Clodoveo venne innalzato, una volta che lo ebbero proclamato re. Ed egli, ottenuto il regno e i tesori di Sigiberto, sottomise quel popolo al suo dominio.

Così Dio prosternava ogni giorno nemici alla sua mano e lo ingrandiva nel regno poiché Clodoveo procedeva retto di cuore alla sua presenza, conformandosi alla sua volontà.

## 8) Dalle *ETYMOLOGIAE* di ISIDORO DI SIVIGLIA

(IX 1,1-7 *de linguis gentium*)

[1] Linguarum diversitas exorta est in aedificatione turris post diluuium. Nam priusquam superbia turris illius in diversos signorum sonos humanam divideret societatem, una omnium nationum lingua fuit, quae Hebrae vocatur, quam Patriarchae et Prophetae usi sunt non solum in sermonibus suis, verum etiam in litteris sacris. Initio autem quot gentes, tot linguae fuerunt, deinde plures gentes quam linguae; quia ex una lingua multae sunt gentes exortae. ... [3] Tres sunt autem linguae sacrae, Hebraea, Graeca, Latina, quae toto orbe maxime excellunt. His enim tribus linguis super crucem Domini a Pilato fuit causa eius scripta. Unde et propter obscuritatem sanctarum Scripturarum harum trium linguarum cognitio necessaria est, ut ad alteram recurratur dum siquam dubitationem nominis vel interpretationis sermo unius linguae adtulerit. ... [6] Latinas ... linguas quattuor esse quidam dixerunt, id est priscam, Latinam, Romanam, mixtam. Prisca est, quam vetustissimi Italiae sub Iano et Saturno sunt usi, incondita, ut se habent carmina Saliorum. Latina, quam sub Latino et regibus Tusci et ceteri in Latio sunt locuti, ex qua fuerunt duodecim tabulae scriptae. [7] Romana, quae post reges exactos a populo Romano coepta est, qua Naevius, Plautus, Ennius, Vergilius poetae, et ex oratoribus Gracchus et Cato et Cicero vel ceteri effuderunt. Mixta, quae post imperium latius promotum simul cum moribus et hominibus in Romanam civitatem inrupit, integritatem verbi per soloecismos et barbarismos, corrumpens.

(XVII 9,39-42 *de herbis aromaticis sive communibus*)

(traduzione di G. Gasparotto in A. Hamman, *Per leggere i Padri della Chiesa*, ed. it. a c. di S. Zincone e G. Minardi, Roma, Borla, 1992, p. 106)

[39] *Hyssopum* herba purgandis pulmonibus apta. Unde et in Veteri Testamento per hyssopi fasciculos aspergebantur agni sanguine, qui mundari volebat. Nascitur in petris haerens saxo radicibus. [40] *Reubarbarum* sive *reuponticum*, illud quod trans Danubium in solo barbarico, istud quod circa Pontum colligitur, nominatum. Reu autem dictum quod sit radix, quasi radix barbara, quasi radix Pontica. [41] *Hyoscyamos* a Graecis dicta, a Latinis herba calicularis, quod caliculi eius in figuram cantarorum nascantur, ut est mali Punici, quorum ora serrata sunt, habentes intrinsecus semina papaveris similia. Haec herba et insana vocatur, quia usus eius periculosus est: denique si bibatur vel edatur, insaniam facit vel somni imaginem turbidam. Hanc vulgus milimindrum dicit, propter quod alienationem mentis inducit. [42] *Saxifraga* vocata quod semen eius petras in vesica frangat atque conminuat. *Gentiana* nomen sumpsit, ut medici memorant, ab inventore, radicibus aristolochiae similibus. Nascitur sub Alpibus atque Galatia Asiae. *Satureia* calida et prope ignita. Unde illi [et] nomen inditum credunt, quod pronos facit in Venerem.

L'*isopo* è un'erba adatta a disinfettare i polmoni; per questo, anche secondo il Vecchio Testamento, con fastelli di isopo veniva asperso di sangue d'agnello colui che voleva essere purificato. Nasce fra le rocce abbarbicandosi ai sassi con le radici.

Il *reubarbarum* (rabarbaro) è chiamato anche con il nome di *reuponticum*: il primo però nasce al di là del Danubio in suolo barbarico, il secondo si raccoglie nelle regioni che circondano il Ponto. *Reu* quindi è detto ciò che costituisce la *radix* (radice), come dire *radix barbara*, e, allo stesso modo, *radix pontica*.

Il *giusquiamo* è così chiamato dai Greci, dai Latini *herba calicularis* (erba con piccoli calici) poiché i suoi calicetti si sviluppano a forma di copette ad ansa, come avviene nel melograno, le cui boccucce sono chiuse e dentro raccolgono semi simili a quelli del papavero. Quest'erba è chiamata anche *insana* (folle), perché il suo uso è pericoloso; in altre parole, se viene ingerita in bevanda o con cibo, provoca la pazzia o visioni confuse come nel sonno. Il popolo la chiama anche *milimindrum*, per il fatto che apporta una specie di alienazione mentale.

La *saxifraga* è così denominata perché il suo seme rompe e riduce in minime particelle i calcoli della vescica.

La *gentiana* ha preso questo nome, come ricordano i medici, dal suo scopritore; ha radici simili a quelle dell'*aristolochia*. Nasce ai piedi delle Alpi e in Galazia nell'Asia Minore.

La *santoreggia* è calda, quasi bruciante. Credo, inoltre, che le sia stato imposto tale nome perché rende inclini ai piaceri di Venere.

## 9) Due *Aenigmata* dalle raccolte di ALDELMO e di BONIFACIO

A) **Aldelmo** (da Sidwell, p. 101)

Arca Libraria

Nunc mea divinis complentur viscera verbis  
totaque sacratos gestant praecordia biblos;  
at tamen ex isdem nequeo cognoscere quicquam:  
infelix fato fraudabor munere tali,  
dum tollunt dirae librorum lumina Parcae.

B) **Bonifacio** (PAC I, p. 13)

[INVIDIA AIT]

<sup>310</sup> Impia gignendo sum filia daemonis atri;  
Non sum satoris superi moderamine creta,  
Viribus atque meis mors introivit in orbem,  
In paradisi ortos quondam dum vipera repsit.  
Dum fratrum aspiciam sanctorum facta tabesco,  
<sup>315</sup> Infelix fatum tanta me fraude fefellit,  
Ac bona sic propria frendendo perdo dolose.  
Atque ego virtutum vastatrix impia dicor,  
Ignea si pariter sum nec martyria prosunt,  
Tartareum macerans et torquens corde venenum.

I 23

(traduzione da Beda il Venerabile, *Storia ecclesiastica degli Angli*, intr. di B. Luiselli, a c. di G. Simonetti Abbolito, Milano, Tea, 1993 [=1987], pp. 71-72)

*Ut sanctus papa Gregorius Augustinum cum monachis ad praedicandum genti Anglorum mittens, epistola quoque illos exhortatoria ne a laborando cessarent, cohortaverit.*

Siquidem anno ab incarnatione Domini quingentesimo octogesimo secundo, Mauricius ab Augusto quinquagesimus quartus imperium suscipiens, viginti et uno annis tenuit. Cuius anno regni decimo Gregorius, vir doctrina et actione praecipuus, pontificatum Romanae et apostolicae sedis sortitus rexit annos tredecim menses sex et dies decem; qui divino admonitus instinctu anno decimo quarto eiusdem principis, adventus vero Anglorum in Britanniam anno circiter centesimo quinquagesimo, misit servum Dei Augustinum, et alios plures cum eo monachos timentes Dominum, praedicare verbum Dei genti Anglorum. Qui cum iussis pontificalibus obtemperantes, memoratum opus adgredi coepissent, iamque aliquantulum itineris confecissent, percussi timore inertes, redire domum potius, quam barbaram, feram, incredulamque gentem, cuius ne linguam quidem nossent, adire cogitabant, et hoc esse tutius communi consilio decernebant. Nec mora, Augustinum, quem eis episcopum ordinandum si ab Anglis susciperentur disposuerat, domum remittunt, qui a beato Gregorio humili supplicatu obtineret ne tam periculosam, tam laboriosam, tam incertam peregrinationem adire deberent. Quibus ille exhortatorias mittens litteras, in opus eos verbi, divino confisos auxilio, proficisci suadet. Quarum videlicet litterarum ista est forma:

"Gregorius servus servorum Dei, servis Domini nostri. Quia melius fuerat bona non incipere, quam ab his quae coepta sunt, cogitatione retrorsum redire, summo studio, dilectissimi filii, oportet ut opus bonum, quod auxiliante Domino coepistis, impleatis. Nec labor vos ergo itineris, nec maledicorum hominum linguae deterreant: sed omni instantia, omnique fervore, quae inchoastis Deo auctore peragite: scientes quod laborem magnum maior aeternae retributionis gloria sequitur. Remeanti autem Augustino praeposito vestro, quem et abbatem vobis constituimus, in omnibus humiliter obedite: scientes hoc vestris animabus per omnia profuturum quicquid a vobis fuerit in eius admonitione completum. Omnipotens Deus sua vos gratia protegat, et vestri laboris fructum in aeterna patria videre concedat; quatenus etsi vobiscum laborare nequeo, simul in gaudio retributionis inveniar quia laborare scilicet volo. Deus vos incolumes custodiat, dilectissimi filii.

Data die decima kalendarum Augustarum imperante domino nostro Mauricio Tiberio piissimo anno decimo quarto, post consulatum Augusto eiusdem domini nostri anno decimo tertio, indictione decima quarta."

23. *Il santo papa Gregorio manda Agostino e alcuni monaci a predicare alla gente degli Angli e con una lettera di incitamento li esorta a non desistere dall'impresa*<sup>25</sup>

Nell'anno 582 del Signore, Maurizio, cinquanta-quattresimo dopo Augusto, salito al trono, tenne il regno per ventun anni. Nel decimo anno del suo regno Gregorio, uomo eminente per scienza e opere, diventò pontefice della sede apostolica di Roma, e fu papa per tredici anni, sei mesi e dieci giorni. Per ispirazione divina, nell'anno quattordicesimo del regno di Maurizio, circa quarant'anni dopo che in Britannia erano arrivati gli Angli, mandò Agostino<sup>26</sup>, servo di Dio, insieme a molti altri monaci timorati di Dio, a predicare il messaggio di salvezza agli Angli. In obbedienza agli ordini del papa, i monaci intrapresero quest'opera e avevano già percorso una parte del viaggio, quando, vinti da un terrore che li paralizzava, pensarono di tornarsene in patria piuttosto che recarsi da una gente barbara, feroce, miscredente, della quale non conoscevano neppure la lingua. Unanimi decisero che questa era la cosa più sicura. Senza indugio, rimandano in patria Agostino che per di-

sposizione di Gregorio avrebbe dovuto essere ordinato come loro vescovo, quando fossero stati accolti dagli Angli, con l'incarico di supplicare umilmente il papa di non costringerli ad affrontare un viaggio tanto pericoloso, faticoso e incerto. Ma il papa, inviando loro una lettera di esortazione, li persuade a partire per predicare la parola, confidando nell'aiuto divino. Ecco il testo della lettera:

Gregorio, servo di Dio, ai servi di nostro Signore.

Sarebbe stato meglio non iniziare una buona opera piuttosto che pensare di tornare indietro, dopo averla intrapresa; perciò è necessario, o figli dilettissimi, che col massimo impegno portiate a compimento l'opera buona, che avete intrapreso. Non vi spaventino né la fatica del viaggio né le lingue di uomini maldicenti<sup>27</sup>, ma con l'aiuto di Dio perseguite ciò che avete cominciato con tanto zelo e con fervore, ben sapendo che una grande fatica è compensata da più grande gloria di retribuzione eterna. Obbedite umilmente in tutto ad Agostino vostro capo, che torna a voi e che abbiamo nominato anche abate per voi, sapendo che qualunque cosa farete per suo consiglio gioverà moltissimo alle vostre anime. Dio onnipotente vi protegga con la sua grazia e conceda a me di vedere il frutto del vostro lavoro nella patria eterna. Così, sebbene non possa partecipare alla vostra fatica, godrò insieme con voi della retribuzione, poiché desidererei parteciparvi. Dio vi conservi sani e salvi, figli dilettissimi.

Datata il 23 luglio, quattordicesimo anno del regno del signore nostro Maurizio Tiberio piissimo Augusto, tredici anni dopo il suo consolato, quattordicesima indizione.

<sup>25</sup> Le notizie che qui Beda fornisce sull'attività missionaria di Agostino nella Cantia, sono derivate in gran parte da Albino.

<sup>26</sup> Agostino era priore nel monastero di sant'Andrea, che Gregorio aveva fondato sul Celio.

<sup>27</sup> Per uomini maldicenti si devono intendere coloro che avranno prospettato ai missionari tutti i pericoli di un'impresa da svolgere in un paese considerato ormai del tutto inospitale a causa delle invasioni dei Germani.

11. *Nec silentio praetereunda opinio, quae de beato Gregorio traditione maiorum ad nos usque perlata est, qua uidelicet ex causa ammonitus tam sedulam erga salutem nostrae gentis curam gesserit. Dicunt quia die quadam, cum aduenientibus nuper mercatoribus multa uenalia in forum fuissent collata, multi ad emendum confluxissent, et ipsum Gregorium inter alios aduenisse, ac uidisse inter alia pueros uenales positos candidi corporis ac uenusti uultus, capillorum quoque forma egregia. Quos cum aspiceret, interrogauit, ut aiunt, de qua regione uel terra essent allati, dictumque est quia de Britannia insula, cuius incolae talis essent aspectus. Rursus interrogauit utrum idem insulani Christiani, an paganis adhuc erroribus essent implicati. Dictum est quod essent pagani. At ille, intimo ex corde longa trahens suspiria, «Heu, pro dolor», inquit, «quod tam lucidi uultus homines tenebrarum auctor possidet, tantaque gratia frontispicii mentem ab interna gratia uacuum gestat!». Rursus ergo interrogauit, quod esset uocabulum gentis illius. Responsum est quod Angli uocarentur. At ille: «Bene», inquit, «nam et angelicam habent faciem, et tales angelorum in caelis decet esse coheredes. Quod habet nomen ipsa prouincia, de qua isti sunt allati?». Responsum est quia Deiri uocarentur idem prouinciales. At ille: «Bene», inquit, «Deiri, de ira eruti et ad misericordiam Christi uocati. Rex prouinciae illius quomodo appellatur?». Responsum est quod Aelle diceretur. At ille alludens ad nomen ait: «Alleluia, laudem Dei creatoris illis in partibus oportet cantari».*

11. Non va taciuta una leggenda che dai nostri antenati è stata tramandata fino a noi, che spiega quale ragione avrebbe spinto san Gregorio a dedicarsi con tanta solerzia alla salvezza del nostro popolo. Si racconta che un giorno dei mercanti da poco arrivati esposero alla vendita nel foro molte merci, e si raccolse una folla di compratori. Venne anche san Gregorio, e vide che fra le altre mercanzie erano stati messi in vendita dei giovani schiavi, bianchi di corpo e belli d'aspetto, e con una splendida capigliatura. La storia racconta che Gregorio, nel vederli, chiese da quale regione o terra provenissero, e gli fu risposto che venivano dall'isola di Britannia, i cui indigeni avevano appunto tale aspetto. Egli chiese allora se gli abitanti dell'isola fossero cristiani, o fossero ancora schiavi degli errori del paganesimo; gli fu risposto che erano pagani. Gregorio allora, sospirando dal profondo, esclamò: «Ahimè! Il signore delle tenebre è ancora padrone di uomini dall'aspetto così luminoso, e un volto di tale bellezza racchiude una mente priva di grazia interiore!», e chiese quale fosse il nome di quel popolo. Gli fu risposto che si chiamavano Angli; e lui: «Il nome è appropriato, perché hanno l'aspetto di angeli; ed è giusto che partecipino nei cieli all'credità degli angeli. Come si chiama esattamente la regione da cui provengono?». Gli fu risposto che gli abitanti di quella regione si chiamavano Deiri. «Giusto!» commentò, «Deiri, cioè dall'ira, strappati dall'ira e chiamati alla misericordia di Cristo! Come si chiama il re di quella regione?». Gli fu detto che si chiamava Aelle. E lui, giocando sul nome: «L'Alleluia» disse, «la lode a Dio creatore, deve essere cantato in quelle terre!».

## 11) Alcuni CAPITOLARI di CARLO MAGNO

(da Franceschini, pp. 84-85)

### Capitolare dell'anno 769

§ 15. « Sacerdotes qui rite non sapiunt adimplere ministerium suum nec discere iuxta praeceptum episcoporum suorum pro viribus satagunt, vel contemptores canonum existunt ab officio proprio sunt submovendi, quousque haec pleniter emendata habeant ».

§ 16. « Quicumque autem ab episcopo frequenter admonitus de sua scientia, ut discere curet, facere neglexerit, procul dubio et ab officio removeatur et ecclesiam quam tenet amittat quia ignorantes legem Dei carnaliis annuntiare et praedicare non possunt ».

### Capitolare dell'anno 789

§ 70. « Ut episcopi diligenter discutiant per suas parrochias presbyteros, eorum fidem, baptisma et missarum celebrationes, ut et fidem rectam teneant et baptisma catholicum observent, et missarum preces bene intelligant, et ut psalmi digne secundum divisionem versuum modulentur et dominicam orationem ipsi intelligant et omnibus praedicent intelligendam, ut quisque sciat quid petat a Deo; ut et « Gloria Patri » cum omni honore apud omnes cantetur; et ipse sacerdos cum sanctis angelis et populo Dei communi voce: « Sanctus, Sanctus, Sanctus » decantet... ».

§ 72. (Sacerdotibus). « Et ut scholae legentium puerorum fiant Psalmos notas, cantus, compotum, gramaticam per singula monasteria vel episcopalia, et libros catholicos bene emendate; quia saepe, dum bene aliqui Deum rogare cupiunt, sed per inemendatos libros male rogant. Et pueros vestros non sinite eos vel legendo vel scribendo corrumpere; et si opus est evangelium, psalterium et missale scribere, perfectae aetatis homines scribant cum omni diligentia ».

## 12) Un'EPISTOLA di ALCUINO DI YORK

(da Sidwell, pp. 137-138)

(Questa lettera fu scritta nel 796, probabilmente da Tours, ed è diretta a Carlomagno.

Alcuino implora la grazia per i prigionieri catturati durante la vittoriosa campagna di Pipino contro gli Unni)

Domine mi dilectissime, et dulcissime, et omnium desiderantissime, mi David, tristis est Flaccus vester propter infirmitatem vestram. Opto, et toto corde Deum deprecor ut cito convaleatis, ut gaudium nostrum sit plenum in vobis, et sanitas vestra sit plena, anima et corpore.

Domine mi, memor sit pietas vestra captivorum, dum est Pippinus tuus tecum, propter gratiarum actiones mirabilis beneficii quod vobiscum de Hunis divina fecit clementia, et propter prosperitatem imminentium rerum; ut clementissima illius potentia omnes adversarios sui sancti nominis vestris velociter subiciat pedibus: sed et de peccantibus in vos – si fieri possit, et vestrae videatur providentiae – aliqua de aliquibus fiat indulgentia et remissio. Tamen propter incognitas illorum causas cautius de his loquor. Vos enim ipsi optime scitis quod utile est regno vobis a Deo dato, et paci sanctae Dei ecclesiae. Proficuum facientes faciatis in omnibus voluntatem Dei, quatenus illius sanctissima gratia vos proficientes ubique protegat, regat et custodiat, domine et dulcissime et desiderantissime.

5

10

15



### 13) IL CONFLICTUS VERIS ET HIEMIS di ALCUINO DI YORK

(da Alcuino, *Carmi dalla corte e dal convento*, a c. di C. Carena, Firenze, Casa Editrice Le Lettere, 1995, pp. 28-31)

- Conveniunt subito cuncti de montibus altis  
pastores pecudum vernali luce sub umbra  
arborea, pariter laetas celebrare Camenas.  
Adfuit et iuvenis Dafnis seniorque Palemon;  
5 omnes hi cuculo laudes cantare parabant.  
Ver quoque florigero succinctus stemmate venit,  
frigida venit Hiems, rigidis hirsuta capillis.  
His certamen erat cuculi de carmine grande.  
Ver prior adlusit ternos modulamine versus:*
- 10 VER *Opto meus veniat cuculus, carissimus ales.  
Omnibus iste solet fieri gratissimus hospes  
in tectis, modulans rutilo bona carmina rostro.*
- HIEMS *Tum glacialis hiems respondit voce severa:  
Non veniat cuculus, nigris sed dormiat antris.  
15 Iste famem secum semper portare suescit.*
- V. *Opto meus veniat cuculus cum germine laeto,  
frigora depellat, Phoebus comes almus in aevum.  
Phoebus amat cuculum crescenti luce serena.*
- H. *Non veniat cuculus, generat quia forte labores,  
20 proelia congeminat, requiem disiungit amatam,  
omnia disturbat: pelagi terraeque laborant.*
- V. *Quid tu, tarda Hiems, cuculo convitia cantas?  
qui torpore gravi tenebrosis tectus in antris  
post epulas Veneris, post stulti pocula Bacchi.*
- 25 H. *Sunt mihi divitiae, sunt et convivia laeta,  
est requies dulcis, calidus est ignis in aede.  
Haec cuculus nescit, sed perfidus ille laborat.*
- V. *Ore feret flores cuculus et mella ministrat,  
aedificatque domus, placidas et navigat undas,  
30 et generat soboles, laetos et vestiet agros.*
- H. *Haec inimica mihi sunt, quae tibi laeta videntur.  
Sed placet optatas gazas numerare per arcas  
et gaudere cibus simul et requiescere semper.*
- V. *Quis tibi, tarda Hiems, semper dormire parata,  
35 divitias cumulat, gazas vel congregat ulla,  
si ver vel aestas ante tibi nulla laborant?*
- H. *Vera refers: illi, quoniam mihi multa laborant,  
sunt etiam servi nostra dititione subacti,  
iam mihi servantes domino, quaecumque laborant.*
- 40 V. *Non illis dominus, sed pauper inopsque superbus,  
nec te iam poteris per te tu pascere tantum,  
ni tibi qui veniet cuculus alimonia praestet.*
- PALEMONE *Tum respondit ovans sublimi e sede Palemon  
et Dafnis pariter, pastorum et turba piorum:  
45 Desine plura, Hiems; rerum tu prodigus, atrox.  
Et veniat cuculus, pastorum dulcis amicus.  
Collibus in nostris erumpant germina laeta,  
pascua sint pecori, requies et dulcis in arvis,  
et virides rami praestent umbracula fessis,  
50 uberibus plenis veniantque ad mulctra capellae,  
et volucres varia Phoebum sub voce salutent.  
Quapropter citius cuculus nunc ecce venito!  
Tu iam dulcis amor, cunctis gratissimus hospes:  
omnia te expectant, pelagus tellusque polusque,  
55 salve, dulce decus, cuculus, per saecula salve!*
- Accorrono tutti a un cenno dalle alte montagne<sup>3</sup>  
i pastori nella luce primaverile, a celebrare  
tutti insieme le Muse all'ombra degli alberi.  
Venne anche il giovane Dafni, e l'anziano Palemone,  
5 e si preparavano a cantare le lodi del cuculo.  
Anche la Primavera giunse, avvolta in serti di fiori;  
giunse il gelido Inverno, irto di ghiaccio i capelli.  
Grande contesa sorse fra loro<sup>3</sup> sul canto del cuculo.  
Cominciò la Primavera con strofe di tre versi.
- 10 Primavera Bramo che venga il mio cuculo, amatissimo uccello<sup>4</sup>.  
Egli suole essere un ospite graditissimo a ogni casa,  
fischiettando bei canti col becco rossastro.
- Inverno (Poi l'Inverno ghiacciato rispose con voce cupa:)  
Non venga il cuculo, ma dorma in nere spelonche.  
15 È abituato a portare sempre la fame con sé<sup>2</sup>.
- P. Bramo che il mio cuculo, compagno splendido del sole,  
venga a scacciare i freddi con i boccioli in fiore.  
Il sole ama il cuculo quando allunga la luce nel sereno.
- I. Non venga il cuculo, poiché procura i lavori,  
20 infittisce le guerre, interrompe il dolce riposo,  
sconvolge tutto, travaglia mare e terra.
- P. Perché tu, Inverno lento, reciti insulti al cuculo?  
Ora giaci in oscure spelonche avvolto in greve torpore  
dopo i festini di Venere, dopo i brindisi del folle Bacco<sup>5</sup>.
- I. Io sono ricco, io convito allegramente,  
25 offro soave riposo, riscaldo al fuoco le case.  
Questo non sa il cuculo, ma il fellone si affatica.
- P. Porterà in becco i fiori il cuculo; sparge miele,  
edifica case, naviga le onde placate,  
30 e genera prole, e riveste i prati festosi.
- I. Io odio queste cose, che a te sembrano amene.  
Mi piace invece calcolare nei forzieri i bramati tesori,  
godere il cibo e riposare a distesa.
- P. Ma chi, o pigro Inverno sempre disposto a dormire,  
35 ammucchierebbe il tuo denaro, adunerebbe i tuoi tesori,  
se prima di te non faticassero Primavera o Estate?
- I. Dici il vero: esse, in quanto per me si affaticano,  
sono servi soggetti al mio potere  
e ripongono per me, loro padrone, i frutti del lavoro.
- P. Non padrone, ma un povero e indigente superbo,  
40 che non potrai più nutrirti da te così tanto,  
se il cuculo tornando non ti desse il nutrimento.
- Palemone (Qui rispose Palemone applaudendo dall'alto sedile,  
e Dafni pure, e la schiera dei devoti pastori:)  
45 Basta così<sup>6</sup>, o Inverno, prodigo e crudele.  
Venga invece il cuculo, dolce amico dei pastori.  
Sui nostri colli sboccino i germi fecondi,  
vi sia pascolo ai greggi, quiete amabile sui campi,  
i rami verdeggianti offrano ombra agli stanchi,  
50 le capre accorrono ai secchi con gonfie le poppe  
e gli uccelli salutino il sole coi loro vari gorgheggi.  
Perciò, cuculo, su ora vieni più in fretta!  
tu, già soave amor nostro, ospite a tutti gradito.  
Ogni cosa ti attende, e mare e cielo e terra.  
55 Salve, o soave bellezza, cuculo, salve per sempre!

## 14) Dalla *HISTORIA LANGOBARDORUM* di PAOLO DIACONO (II 28)

(da Bartolini, pp. 958-961)

28 Qui rex postquam in Italia tres annos et sex menses regnavit, insidiis suae coniugis interemptus est. Causa autem interfectionis eius fuit. Cum in convivio ultra quam oportuerat apud Veronam lactus resederet, cum poculo quod de capite Cunimundi regis sui soceris fecerat reginae ad bibendum vinum dari praecepit atque eam ut cum patre suo laetanter biberet invitavit. Hoc ne cui videatur impossibile, veritatem in Christo loquor: ego hoc poculum vidi in quodam die festo Ratchis principem ut illud convivis suis ostentaret manu tenentem. Igitur Rosemunda ubi rem animadvertit, altum concipiens in corde dolorem, quem conpescere non valens, mox in mariti necem patris funus vindicatura exarsit, consiliumque mox cum Helmechis, qui regis scilpor, hoc est armiger, et conlactaneus erat, ut regem interficeret, iniit. Qui reginae persuasit, ut ipsa Peredeo, qui erat vir fortissimus, in hoc consilium adsciret. Peredeo cum reginae suadenti tanti nefas consensum adhibere nollet, illa se noctu in lectulo suae vestiariae, cum qua Peredeo stupri consuetudinem habebat, supposuit; ubi Peredeo rem nescius veniens, cum regina concubuit. Cumque illa patrato iam scelere ab eo quaereret, quam se esse existimaret, et ipse nomen suae amicae, quam esse putabat, nominasset, regina subiunxit: « Nequaquam ut putas, sed ego Rosemunda sum », inquit. « Certe nunc talem rem, Peredeo, perpetrata habes, ut aut tu Alboin interficies, aut ipse te suo gladio extinguet. » Tunc ille intellexit malum quod fecit, et qui sponte noluerat, tali modo in regis necem coactus adsensit. Tunc Rosemunda, dum se Alboin in meridie sopori dedisset, magnum in palatio silentium fieri praeciens, omnia alia arma subtrahens, spatham illius ad lectuli caput, ne tolli aut evaginari possit, fortiter conligavit, et iuxta consilium Peredeo Helmechis interfectorem omni bestia crudelior introduxit. Alboin subito de sopore experrectus, malum quod imminebat intellegens, manum citius ad spatham porrexit; quam strictius religatam abstrahere non valens, adprehensum tamen scabello subpedaneo, se cum eo per aliquod spatium defendit. Sed heu pro dolor! vir bellicosissimus et summae audaciae nihil contra hostem praevalens, quasi unus de inertibus interfectus est, uniusque mulierculae consilio periit, qui per tot hostium strages bello famosissimus extitit. Cuius corpus cum maximo Langobardorum fletu et lamentis sub cuiusdam scalae ascensu, quae palatio erat contigua, sepultum est. Fuit autem statura procerus et ad bella peragenda toto corpore coaptatus. Huius tumulum nostris in diebus Giselpert, qui dux Veronensium fuerat, aperiens, spatham eius et si quid in ornatu ipsius inventum fuerat abstulit. Qui se ob hanc causam vanitate solita apud indocitos homines Alboin vidisse iactabat.

Alboino, dopo aver regnato in Italia per tre anni e sei mesi, fu poi ucciso per le trame della moglie.<sup>49</sup>

Questa la causa della sua uccisione. Mentre, in Verona, stava banchettando ed era allegro più del conveniente, ordinò che alla regina venisse dato da bere nella coppa che s'era fatto fare con il cranio del suocero, il re Cunimondo, e anzi la invitò a bere lietamente con il padre.

Non sembri questo racconto una favola perché, in nome di Cristo, dico la verità: con i miei occhi ho visto, in un giorno di festa, il principe Rachi tenere in mano questa coppa e mostrarla ai commensali.

Rosamunda dunque, come ripensò all'episodio, provando in cuor suo un dolore tale che non riusciva a calmarsi, arse dal desiderio di vendicare la morte del padre con l'uccisione del marito. Dando poi corpo alle sue trame, cominciò a consigliarsi con Elmichi che era *scilpor*, cioè armigero e fratello di latte del re. Costui persuase la regina ad attirare nella congiura Peredeo, un uomo valorosissimo; ma non volendo quest'ultimo consentire a un così grave misfatto, Rosamunda una notte si pose nel letto di una sua ancella con la quale Peredeo manteneva rapporti carnali, e quando l'uomo, ignaro di tutto, si trovò a giacere con la regina ed ebbe consumato l'adulterio, lei gli domandò con chi credesse di giacere. E poiché Peredeo, convinto, fece il nome della sua amica, allora la regina:

« Nient'affatto, perché io sono Rosamunda. E tu hai compiuto un misfatto tale per cui sarai costretto a uccidere Alboino, altrimenti Alboino ucciderà te ».

Soltanto a questo punto l'altro si rese conto del male che aveva fatto, e quell'assassinio a cui spontaneamente non avrebbe mai acconsentito, fu trascinato a compierlo dall'inganno.

Sul mezzogiorno, mentre Alboino riposava, Rosamunda, dopo aver ordinato che nella reggia si facesse un gran silenzio, sottrasse al re tutte le altre armi, ne legò la spada a capo del letto di modo che Alboino non potesse né prenderla né sguainarla e infine, più crudele di ogni fiera, fece entrare, secondo il consiglio di Elmichi, Peredeo, l'uccisore.

Alboino, risvegliatosi di soprassalto e intuendo ciò che stava per succedergli, allungò svelto la mano alla spada, ma non riuscì a estrarla perché era legata assai bene. Allora, afferrato uno sgabello da piedi, per qualche tempo riuscì a difendersi. Ma ahimè: quell'uomo audace e quant'altri mai valoroso, nulla potendo contro l'aggressore, fu ucciso quasi come un inerme e proprio lui, famoso per tante stragi di nemici, dovette perire per l'intrigo d'una donnaccola. Il suo corpo, con molti pianti e alto cordoglio di tutti i Longobardi, fu sepolto sotto la gradinata d'una scala contigua al palazzo.

Alboino fu di alta statura e conformato, in tutto il corpo, per fare la guerra. Il suo sepolcro venne aperto ai nostri giorni da Giselperto, già duca di Verona, il quale asportò la spada del re e quant'altro di prezioso poté trovare tra gli ornamenti. E così, con la solita boria, Giselperto andava vantandosi tra gli ignoranti d'aver visto Alboino.

15) Un CARMEN FIGURATUM DI RABANO MAURO (*De laudibus sanctae crucis* 28, ed.

Augsburg 1605)

(da *Material Poetry of the Renaissance/ The Renaissance of Material Poetry*, ed. by R. Greene, "The Harvard Library Bulletin", Summer 1992, vol. 3, n° 2 in <http://www.ubu.com/historical/early/early01.html>)

XXVIII. Figura. De adoratione Crucis ab episcopo.

Omnipotens	virtus	males	axalia	fabao	th
Excelsus	dominus	virtutum	lumen	creator	
Formator	mundi	hominum	verus	redemptor	
Tum	calaus	virtus	gloria	acuncta	salus
Turp	excudo	cor	tu	car	magister
Tupa	strop	pa	scens	pro	te
Pott	strop	pa	scens	pro	te
Dex	via	lux	vitae	merces	bona
Vox	scens	verbum	virtutum	lumen	actus
Ad	ted	lex	ictus	um	la
Ment	me	at	eloquitur	mentis	intentione
Qui	quid	lingua	manus	orator	ter
Cor	humile	lectivitas	ius	ta	sacra
Omnia	te	laudant	ecclesia	ant	ant
Nam	que	ego	ted	dominus	pr
Ar	que	er	tu	ed	em
S	p	m	o	r	o
Hoc	me	use	est	ardore	la
Hoc	me	s	men	sp	o
Voc	fit	t	is	e	s
Vem	et	sup	ple	sc	ip
Oblat	um	f	am	ulum	q
Hos	ti	lag	od	tu	a
l	a	m	t	a	e
C	a	r	n	a	e
R	e	f	r	e	n
M	e	n	t	e	m
N	a	m	q	u	e
I	g	n	e	u	s
T	e	m	p	e	s
A	n	t	e	a	p
T	u	m	r	o	g
A	r	q	u	e	p
C	u	i	c	a	n
C	o	r	d	e	m
Q	u	o	d	d	e
Q	u	a	n	d	o
I	n	f	e	r	n
D	a	m	i	h	i
Q	u	a	e	p	r
Q	u	o	d	r	e
I	n	n	o	d	e
O	l	a	s	a	l



(all'interno di ogni braccio della croce si legge ORO TERAMUS ARAM; all'interno della figura di Rabano in preghiera si legge: RABANUM MEMET CLEMENS ROGO CHRISTE TUERE O PIE IUDICIO)

## 16) Le VISIONES

### a) Un brano della *Visio Wettini* in prosa (2-3)

(Da *Visioni dell'Aldilà in Occidente, Fonti, modelli, testi* a c. di M.P. Ciccarese, Firenze Nardini 1987, pp. 406-409)

Membris ergo in lectulo compositis, oculis tantummodo clausis et necdum in somnum, ut ipse fatebatur, resolutis venit malignus spiritus effigiem praetendens clerici in tanta deformitate, ut caeca et tenebrosa facie nec signa oculorum in eo apparerent, ferens in manibus diversa tormentorum genera in tantum gratulabundus adstans capiti eius, quasi crastina eum torturus esset.

Illo ergo tantis terroribus minitante, subito apparuit caterva spirituum malignorum totum cellulae ipsius spatium implens, cum scutulis et lanceolis ex omni parte circumfusa, aedificium quoddam facturi in modum armariorum Italicorum praefiguratum, ad inclusionem eius. In tanto ergo horrore et tam intollerabili terrore circumvallatus frater praedictus et in tantum anxius factus, ut iam spem evadendi signa mortis huius nullatenus haberet. Ecce subito adfuit divina miseratio. Nam statim in eadem cella apparuerunt viri magnifici et vultu honorabiles sub monachico habitu in scamnis sedentes. Quorum unus in medio eorum residens dixit latine eisdem verbis, ut hic scripta sunt, sicut ipse fatebatur: «Non est aequum, ut isti inutiles talia faciant, nam homo spassat. Istos iubete recedere». Post cuius vocem conventus malignorum spirituum evanuit et recessit.

3. Inmensitate igitur tanti terroris sublata, venit angelus incredibili splendens pulchritudine, veste purpurea circumdatus, stans ad pedes eius, amabili eum voce compellans: «Ad te, inquit, venio, dilectissima anima». Cui isdem frater latine respondit: «Si dominus meus peccatis meis ignoscere vult, misericordiam agit, sin autem, in manu eius sumus: faciat quod sibi videtur. Nam patriarchae, prophetae et apostoli, omnisque dignitas caelestis sive terrestris pro genere humano laborabant, et vos modo magis laborare debetis, quia istis temporibus fragiliores sumus». Tali sermocinatione ipsius angeli et praedicti fratris finita est prior visio, quam ipsis verbis ad invicem conlatis eo referente scribi fecimus, nihil inde dementes aut de nostro adicientes, nos qui haec scripto commendavimus.

Quando dunque si fu adagiato sul letto, aveva soltanto chiuso gli occhi ma non ancora abbandonati al sonno, secondo le sue stesse dichiarazioni, ed ecco che arrivò uno spirito maligno che aveva preso l'aspetto di un chierico: era talmente deforme, con una faccia così oscura e impenetrabile, che non vi si vedeva neppure traccia di occhi, e in mano portava strumenti di tortura di diversa specie, e se ne stava presso il suo capezzale tutto compiaciuto, come se avesse dovuto torturarlo l'indomani. Dunque, mentre quello minacciava terrori così grandi, apparve all'improvviso un'orda di spiriti maligni che riempì tutto quanto lo spazio della cella, accalcandosi da ogni parte con scudi e lance, venendo a formare una specie di struttura per rinchiederlo, alla maniera degli armadi italiani. Così circondato il nostro confratello, in un simile orrore e terrore tanto insopportabile, si angosciò al punto da non avere più nessuna speranza di sottrarsi a questa morte terrena. Ma ecco che gli venne in aiuto la divina misericordia. Nella cella apparvero degli splendidi personaggi, nobili in volto, seduti su seggi in abito monastico. Uno, quello che sedeva in mezzo a loro, disse in latino (le parole sono quelle stesse che stanno scritte qui, proprio come le riferiva lui): «Non è bene che questi buoni a nulla facciano così, giacché quest'uomo ha un po' di sollievo. Fateli andar via». Alla sua voce quell'adunata di spiriti maligni si ritirò e parlò.

3. Eliminato l'enorme terrore, arrivò un angelo risplendente d'incredibile bellezza, avvolto in veste purpurea; stando ai piedi del letto, lo chiamò con voce amichevole: «Vengo da te, carissima anima». E il fratello gli rispose in latino: «Se il Signore vuole perdonare i miei peccati, agisce con misericordia; altrimenti, siamo nelle sue mani: faccia quel che gli sembra meglio. Patriarchi profeti ed apostoli, e tutte le autorità sia celesti sia terrene lavoravano per il genere umano, e anche voi adesso dovete lavorare di più, perché di questi tempi siamo più deboli». Con questo discorso tra l'angelo ed il nostro fratello è terminata la prima visione, che ho fatto scrivere come lui l'ha riferita, con le stesse parole che si scambiarono tra loro, senza toglierne niente o aggiungerne di mio, io che ho affidato queste cose alla scrittura.

b) La Visio Wettini di Valafrido Strabone

(Da *La poesia carolingia*, a cura di F. Stella, Firenze, Le lettere, 1995, pp. 334-335)

310 *His igitur dictis assumens angelus idem*  
*Infirmum, duxitque via praecessor amoena.*  
*Dum vadunt, montana vident, quae sidera tangunt*  
*Marmoris in specie pulchro commixta colore,*  
*Quaeque in circuitu praecingens igneus amnis*  
315 *Ambit inexhaustos tribuens intransibus ignes.*  
*In quo multa nimis monstrata est turba reorum,*  
*Inque locis aliis diversas facta sequentes*  
*Agnovit poenas, multosque recumbere dudum,*  
*Quos habuit notos; ibi maior et alter in undis*  
320 *Ordo sacerdotum praefixo stipite vinctus*  
*Terga dedit vinctis, quae curis carne superbis.*

310 Quando ebbe detto questo, dunque, l'angelo  
accompagnò il malato  
per la ridente strada.  
Mentre camminano, vedono monti  
che toccano le stelle come lastre  
di marmo eppure tinte in bei colori:  
fiume di fuoco vi scorreva intorno  
a circondarle, e attaccando fiamme  
inesauribili a chi entrava dentro.  
315 Si accorse in questo istante di un'enorme  
folla di condannati, e in ogni luogo  
pene diverse riconobbe per  
diverse azioni, e li accasciati molti  
che prima conosceva: nelle onde  
sacerdoti di alto e minor rango,  
320 legati a pali conficcati in fondo,  
le spalle alle catene, come in vita  
volsero ai loro compiti celesti.

## 17) Dalla *VITA KAROLI MAGNI* di EGINARDO (25)

(da Eginardo, *Vita di Carlo Magno*, a cura di G. Bianchi, Roma, Salerno ed., 1980, pp. 70-71)

25. Erat eloquentia copiosus et exuberans poteratque quicquid vellet apertissime exprimere. Nec patrio tantum sermone contentus, etiam peregrinis linguis ediscendis operam impendit. In quibus Latinam ita didicit, ut aequae illa ac patria lingua orare sit solitus. Graecam vero melius intellegere quam pronuntiare poterat. Adeo quidem facundus erat, ut etiam dicaculus appareret. Artes liberales studiosissime coluit, earumque doctores plurimum veneratus magnis adiciebat honoribus. In discenda grammatica Petrum Pisanum diaconem senem audivit, in ceteris disciplinis Albinum cognomento Alcoinum, item diaconem, de Britannia Saxonii generis hominem, virum undequaque doctissimum, praeciptorem habuit, apud quem et rethoricae et dialecticae, praecipue tamen astronomiae ediscendae plurimum et temporis et laboris impertivit. Discebat artem computandi et intentione sagaci siderum cursum curiosissime rimabatur. Temptabat et scribere tabulasque et codicillos ad hoc in lecto sub cervicalibus circumferre solebat, ut, cum vacuum tempus esset, manum litteris effigiendis adsuesceret, sed parum successit labor praeposterus ac sero inchoatus.

25. Era anche ricco ed esuberante nel parlare, e riusciva ad esprimere molto chiaramente ciò che voleva. E non contentandosi della sua lingua natale, si diede da fare per imparare anche lingue straniere, fra le quali apprese così bene la latina, che era solito parlare indifferentemente tanto in questa che nella sua lingua patria. Riusciva più a capire che a pronunciare la lingua greca. Era inoltre così facile di parola, che appariva anche piuttosto prolisso.

Cultivò con grandissima cura le arti liberali, e poiché stimava moltissimo i maestri di queste tributava loro grandi onori. Ascoltò gli insegnamenti grammaticali del diacono Pietro da Pisa, nella vecchiaia di lui, e nelle altre discipline ebbe come precettore Albino detto Alcuino, anch'egli diacono, un Sassone della Britannia, uomo dottissimo in ogni campo; e con questo dedicò molto tempo e fatica ad imparare retorica, dialettica e soprattutto astronomia. Studiava l'arte del calcolo e scrutava con gran curiosità e accorta applicazione il corso delle stelle. Si provava anche a scrivere ed era solito, a questo scopo, tenere a letto sotto i guanciali tavole e fogli di pergamena per abituare la mano, quando aveva tempo libero, a tracciare le lettere; ma intrapresa questa fatica non a tempo e troppo tardi, ne ricavò poco.

## 18) Dall'*HORTULUS* di VALAFRIDO STRABONE (vv. 76-90)

(da Walafrido Strabone, *Hortulus*, a cura di C. Roccaro, Palermo, Herbita, 1979, pp. 116-119)

### IV. DE SALVIA

Lelyfagus prima praefulget fronte locorum,  
dulcis odore, grauis uirtute atque utilis haustu.  
Pluribus haec hominum morbis prodesse reperta,  
perpetuo uiridi meruit gaudere iuuenti.<sup>(1)</sup>  
80 Sed tolerat ciuile malum; nam saeua parentem  
progenies florum, fuerit ni dempta, perurit  
et facit antiquos defungier inuida ramos.

### V. DE RUTA

Hoc nemus umbriferum pingit viridissima rutae  
siluula caeruleae, foliis quae predata paruís  
85 umbellas iaculata breues, spiramina uenti  
et radios Phoebi caules transmittit ad imos;  
attactuque graues leni dispergit odores.<sup>(2)</sup>  
Haec cum multiplici uigeat uirtute medellae,  
dicitur occultis adprime obstare uenenis,<sup>(3)</sup>  
90 toxicaque inuasís incommoda pellere fibrís.

### SALVIA

Proprio sul davanti dell'aiuola risplende la salvia, gradevole di odore, eccellente per le sue proprietà, buona da bersi. Essa, come si è constatato, giova in parecchie malattie dell'uomo; perciò è giusto che rimanga sempre verde, godendo di eterna giovinezza. In sé porta, però, il germe di una guerra civile; perché i germogli fioriti, se non vengono tagliati, 80 struggono ferocemente la pianta madre e, per invidia, fanno morire i rami vecchi.

### RUTA

Ecco qui un ombroso boschetto creato dalla macchia straordinariamente verde della ruta dal colore ceruleo. Poiché le foglie che la ricoprono sono minuscole, essa proietta piccole zone d'ombra su spazi ristretti, lasciando passare i soffi del vento 85 e i raggi di Febo giù fino all'estremità del gambo e, se viene toccata anche leggermente, emana un odore penetrante. Svariate sono le proprietà medicamentose di cui è ricca questa pianta; in particolare, si dice che sia ottima per combattere le tossine nascoste nel corpo ed espellere dalle viscere già invase 90 i veleni nocivi.

(1) Cfr. Virgilio *Eneide* 5,295 *viridique iuuenta*; (2) Cfr. Virgilio *Eneide* 6,473 *in nemus umbriferum*; (3) Cfr. Virgilio *Georgiche* 4,49 *odor... grauis*; Ovidio *Arte di amare* 3,277 *gravis oris odor*.

19) UN CARME DI GOTTESCALCO: *IN LAUDEM SS. TRINITATIS*  
(da Vecchi, pp. 60-63)

Ut quid iubes, pusiolo, quare mandas, filiolo, carmen dulce me cantare, cum sim longe exul valde intra mare? O cur iubes canere?	6	Perchè mi imponi, giovane, e mi preghi, figliuolo, che intoni un dolce canto, qui nel lontano esilio entro il mare? Perchè vuoi che io canti?
Magis mihi, miserule, flere libet, puerule, plus plorare quam cantare carmen tale, iubes quale, amor care. O cur iubes canere?	12	Più mi si addice, o misero, piangere, giovinetto, più il lamento che il canto del carme, che tu chiedi, amato caro. Perchè vuoi che io canti?
Mallet, scias, pusillule, ut velles tu, fratercule, pio corde condolere mihi atque prona mente conlugere. O cur iubes canere?	18	Io preferisco, sappilo, che tu volessi, fratello, pietoso condolerti, e quindi commiserandomi, con me piangere. Perchè vuoi che io canti?
Scis, divine tiruncule, scis, superne clientule, hic diu me exulare, multa die sive nocte tolerare. O cur iubes canere?	24	Sai, divino novizio, sai, diletto discepolo, che qui, nel lungo esilio, e giorno e notte sopporto numerosi malanni. Perchè vuoi che io canti?
Scis captivae plebeculae Israeli cognomine praeceptum in Babylone decantare extra longe fines Iudae. O cur iubes canere?	30	Sai che il popolo schiavo d'Israele chiamato, non doveva cantare in Babilonia, lungi dalla terra di Giuda. Perchè vuoi che io canti?
Non potuerunt utique, nec debuerunt itaque carmen dulce coram gente aliena nostrae terrae resonare. O cur iubes canere?	36	Non potevano dunque e neppure dovevano alzare il dolce canto presso popoli estranei alla patria nostra. Perchè vuoi che io canti?
Sed quia vis omnimode, consodalis egregie, canam patri filioque simul atque procedenti ex utroque. Hoc cano ultronee.	42	Ma poichè, egregio amico, tanto tu lo desideri, canterò al Padre e al Figlio e a Colui che procede da entrambi. Lo canto volentieri.
Benedictus es, domine, pater, nate, paraclite, deus trine, deus une, deus summe, deus pie, deus iuste. Hoc cano spontanee.	48	Benedetto, o Signore, Padre, Figlio, Paraclito, Dio trino, e Dio uno, Dio sommo, Dio pietoso, Dio giusto. Lo canto lietamente.
Exul ego diuscule hoc in mare sum, domine, annos nempe duos fere, nostri fore, sed iamiamque miserere. Hoc rogo humillime.	54	Vivo esule da tempo entro il mare, o Signore, e son quasi due anni, tu lo sai, ma alla fine abbi di me pietà. Te lo chiedo umilmente.
Interim cum pusione psallam ore, psallam mente psallam voce, psallam corde psallam die, psallam nocte carmen dulce tibi, rex piissime.	60	Intanto insieme al giovane colla bocca e la mente, colla voce e col cuore, alzerò il dì e la notte un dolce carme a te, o Re piissimo.

## 20) Un tropo dialogato: *Resurrexi*

(da K. Young, *The Drama of Medieval Church*, Oxford, At the Clarendon Press, 1933, p. 201)

Gli angeli, rimasti presso il sepolcro di Cristo, vuoto dopo la sua resurrezione, chiedono:  
*Quem quaeritis in sepulchro, Christicole?*

Le donne rispondono:

*Iesum Nazarenum crucifixum, o caelicolae.*

Gli angeli dicono:

*Non est hic, surrexit sicut praedixerat; ite, nuntiate quia surrexit de sepulchro.*

## 21) NOTKERO IL BALBO, Una sequenza: il "Pianto di Rachele"

(da Norberg, pp. 214-215)

	1	Quid tu, virgo,		
2a		Mater, ploras, Rachel formosa,	b	Cuius vultus Iacob delectat?
3a		Ceu sororis aniculae	b	Lippitudo eum iuuet!
4a		Terge, mater, Fluentes oculos!	b	Quam te decent Genarum rimulae? –
5a		Heu, heu, heu, Quid me incusatis fletus Incassum fudisse?	b	Cum sim orbata Nato, paupertatem meam Qui solus curaret,
6a		Qui non hostibus cederet Angustos terminos, Quos mihi Iacob adquisiuit,	b	Quique stolidis fratribus, Quos multos, pro dolor, Extuli, Esset profuturus. –
	7	Numquid flendus est iste, Qui regnum possedit caeleste Quique prece frequenti Miseris fratribus Apud Deum auxiliatur?		

Perché piangi, o vergine,

madre, bella Rachele, il cui viso fa gioia a Giacobbe?

Così gli occhi fiammeggianti della tua sorella maggiore possano essergli graditi!

Asciuga, o madre, i tuoi occhi pieni di lacrime! Non ti s'addice avere le guance solcate dalle lacrime.

Ahimè, perché m'accusate d'aver versato lacrime invano? Dal momento che sono privata di mio figlio, il solo appoggio della mia povertà,

chi non avrebbe ceduto ai nemici l'angusto dominio che Giacobbe mi ha procurato e chi avrebbe aiutato tutti i suoi stupidi fratelli che io, ahimè, ho messo al mondo.

Bisogna piangerlo, colui che possiede il regno celeste e che, con le sue preghiere, aiuta costantemente, accanto a Dio, i suoi miserabili fratelli?



22) NOTKERO il BALBO *Gesta Karoli Magni* II 17

(Da Notkerus Balbulus, *Gesta Karoli Magni imperatoris*, ed.H. F. Haefele, MGH, Script. Rer. German., n.s. 12, Berlin 1959, pp. 1-93)

Tunc visus  
est ipse ferreus Karolus, ferrea galea cristatus, ferreis manicis  
armillatus, ferrea torace ferreum pectus humerosque Platonicos  
tutatus; hasta ferrea in altum subrecta sinistram implevit, nam  
dextra ad invictum calibem semper erat extenta; coxarum ex-  
teriora, quae propter faciliorem ascensum in aliis solent lorica nu-  
dari, in eo ferreis ambiebantur bratteolis. De ocreis quid dicam?  
Quae et cuncto exercitui solebant ferreae semper esse usui. In  
clipeo nihil apparuit nisi ferrum. Caballus quoque illius animo  
et colore ferrum renitebat. Quem habitum cuncti praecedentes,  
universi ex lateribus ambientes omnesque sequentes et totus in  
commune apparatus iuxta possibilitatem erat imitatus. Ferrum  
campos et plateas replebat; solis radii reverberabantur acie ferri;  
rigido ferro honor a rigidiore deferebatur populo. Splendidissi-  
mum ferrum horror expalluit cloacarum. 'O ferrum, heu ferrum!'  
clamor confusus insonuit civium. Ferro contremuit firmitas mu-  
rorum, et iuvenum consilium ferro deperiit seniorum. Haec igitur,  
quae ego balbus et edentulus, non, ut debui, circuitu tardiore diu-  
tius explicare temptavi, veridicus speculator Otkerus celerrimo  
visu contuitus dixit ad Desiderium: 'Ecce habes Karolum, quem  
tantopere perquisisti!' et haec dicens paene exanimis cecidit.

### 23) ROSVITA *Calimachus* III-IV

(da Rosvita, *Dialoghi drammatici*, a cura di F. Bertini, Milano, Garzanti, 2000, pp. 124-127)

Nel *Callimaco* Drusiana, moglie del nobile Andronico, rifiuta un illecito amore preferendo la morte e poi risorge per merito dell'Apostolo Giovanni con Callimaco, l'innamorato che, pentitosi, diviene cristiano.

#### Scena III

*In casa di Drusiana*

CALLIMACO, DRUSIANA

III 1 CALIMACHUS Sermo meus ad te, || Drusiana, | praecordialis amor. ||

DRUSIANA Quid tecum velis, Calimache, || sermonibus agere, || vehementer admiror. ||

CALIMACHUS Miraris? ||

DRUSIANA Satis. ||

CALIMACHUS Primum de amore. ||

DRUSIANA Quid de amore? ||

CALIMACHUS Id scilicet, | quod te prae omnibus diligo. ||

2 DRUSIANA Quod ius consanguinitatis, || quaeve legalis conditio | institutionis || compellit te || ad mei amorem? ||

CALIMACHUS Tui pulchritudo. ||

DRUSIANA Mea pulchritudo? ||

CALIMACHUS Immo. ||

DRUSIANA Quid ad te? ||

CALIMACHUS Pro dolor! hactenus parum, | sed spero, quod attingat postmodum. ||

3 DRUSIANA Discede, || discede, || leno nefande; | confundor enim diutius tecum verba miscere, || quem sentio plenum diabolica deceptione. ||

CALIMACHUS Mea Drusiana, | ne repellas te amantem || tuoque amoris cordatenus inhaerentem, || sed impende amoris vicem. ||

DRUSIANA Lenocinia tua parvi pendo || tuique lasciviam fastidio, || sed te ipsum penitus sperno. ||

4 CALIMACHUS Adhuc non repperi || occasionem irascendi, || quia, quid mea in te agat dilectio, forte erubescis fateri. ||

DRUSIANA Nihil aliud nisi indignationem. ||

CALIMACHUS Credo te hanc sententiam mutatum ire. ||

DRUSIANA Non mutabo, | percerte! ||

CALIMACHUS Forte! ||

5 DRUSIANA O insensate et amens, | cur falleris? || cur te vacua spe illudis? || quo pacto, | qua dementia reris || me tuae cedere | nugacitati, || quae per multum temporis | a legalis thoro viri me abstinui? ||

CALIMACHUS Pro deum atque hominum fidem! | si non cesseris, | non quiescam, || non desistam, || donec | te captuosus || circumveniam insidiis. ||

IV DRUSIANA Eh heu! domine Iesu Christe, | quid prodest castitatis professionem subisse, || cum is amens mea deceptus est specie? || Intende, domine, mei timorem; || intende, quem patior, | dolorem! || Quid mihi, quid agendum sit, ignoro: || si prodidero, | civilis per me fiet discordia; || si celavero, | insidiis diabolicis || sine te refragari nequeo. || Iube me || in te, Christe, || ocius mori, || ne fiam || in ruinam || delicato juveni! ||

ANDRONICUS Vae mihi infortunato! || en improvise mortua est Drusiana. || Curro | sanctumque Iohannem advoco. ||

III 1 *praecordialis*, «sincero», «di cuore», è aggettivo ignoto al latino classico; cfr. anche *Abr.* IX 5.

III 2 Si noti la costruzione di *spero* seguito da *quod* e il congiuntivo, anziché dall'infinitiva.

III 5 *nugacitas*, «dissolutezza», è termine del latino tardo e cristiano; cfr. anche *Papn.* I 28 e *nugax* in *Cal.* IX 17 e *Papn.* I 25.

*Pro deum atque hominum fidem!*: è un'espressione terenziana (cfr. *Andr.* 246; *Heaut.* 61).

*captuosus* = *captivus*.

CALLIMACO Drusiana, cuor mio, vorrei parlarti. III 1

DRUSIANA Sono profondamente stupita, Callimaco, e mi chiedo di che cosa vuoi parlarmi.

CALLIMACO Sei stupita?

DRUSIANA Parecchio.

CALLIMACO Prima di tutto voglio parlarti dell'amore.

DRUSIANA E cosa vuoi dirmi?

CALLIMACO Ma è chiaro: che ti amo sopra ogni cosa.

DRUSIANA Ma quale diritto di parentela, quale clausola di legge ti spinge ad amarmi? 2

CALLIMACO La tua bellezza.

DRUSIANA La mia bellezza?

CALLIMACO Esatto.

DRUSIANA E cosa ha a che fare con te?

CALLIMACO Purtroppo, sinora poco, ma presto spero...

DRUSIANA Vattene, vattene, miserabile seduttore! Mi vergogno a intrattenermi più a lungo con te; mi accorgo che sei un ricettacolo di inganni diabolici. 3

CALLIMACO Drusiana mia, non respingere chi ti ama, chi è legato al tuo amore con tutto il suo essere: contraccambialo questo amore!

DRUSIANA Delle tue lusinghe poco m'importa: mi disgusti, sei un vizioso, ti disprezzo profondamente.

CALLIMACO Finora non ho motivo di andare in collera: infatti probabilmente ti vergogni a confessare che il mio amore suscita in te del sentimento. 4

DRUSIANA Certo, lo sdegno!

CALLIMACO Penso che cambierai parere.

DRUSIANA No, nella maniera più assoluta!

CALLIMACO Forse sì.

DRUSIANA Pazzo, demente, perché ti vuoi illudere? Perché ti culli in una vuota speranza? Per quale ragione o quale follia dovrei cedere alla tua dissolutezza, io, che da tanto mi tengo lontana perfino dal letto del mio legittimo sposo? 5

CALLIMACO Lo giuro davanti a Dio e agli uomini! Se non cederai, non mi darò pace, non la smetterò finché non ti avrò sedotto con le mie arti insidiose. (*Esce*)

#### Scena IV

DRUSIANA, ANDRONICO

DRUSIANA (*Prega, senza accorgersi dell'ingresso di Andronico*) Ah, Cristo mio Signore, a cosa mi serve il voto di castità, se quel pazzo si è lasciato sedurre dalla mia bellezza? Guarda la mia paura, Signore; guarda le pene che soffro! Non so, non so davvero che fare: se parlo, per colpa mia scoppia una lotta civile; se sto zitta, mi è impossibile, senza il tuo aiuto, resistere alle tentazioni del demonio. Concedimi di morire presto nel tuo nome, o Cristo, per non diventare la rovina di questo giovane tanto sensibile! (*Drusiana si accascia morta*) IV

ANDRONICO Che disgrazia, la mia! Drusiana è morta all'improvviso. Vado a chiamare San Giovanni. (*Esce di corsa*)

## 24) *Chronicon Salernitanum* 15

(da Sidwell, p. 170)

Quedam mulier virum proprium abebat et cum alio viro se commiscebat. Factum est, ut una nocte una cum alieno in dolo suum virum proprium stranguillaret, et idipsum ingenti voce emitteret, inquit ad suos: 'Surgite, quia meus vir apoplexia est nimirum extinctus.' Dum ex more vicini et consanguinei circumquaque altrinsecus flerent, cum magno obsequio ad sepulcrum usque perducitur, eumque humarunt. Dum ad aures principis pervenissent, ut non propria morte fuisset extinctus, statim comprehendi virum illum qui mulierem defuncti fedaverat iussit, et in verbis talia promittit: 'Nisi extemplo quod clam iessisti nobis enodaveris, ilico nimirum morieris!' At ille quod nequiter gessit, omnia pro palavit. Princeps idem alta trahens suspiria, tandem in voce erupit, inquit ad suos: 'Virum istum comprehendite, eumque super mortuum facie ad faciem dextriccius colligate; et quid exinde Redemptor humani generis iudicaverit, intimate.' Quo peracto, tertia die indagare iussit, quid exinde fuisset factum. Tunc reppererunt virum illum qui fuerat stranguillatus desuper stratum et ore naresque sui perentori corrosas. Proinde huic istorie conscripsimus, ut fideles mulierem halienam omnimodis caveant et ulcio divina cautissime metuant.

## 25) Una pagina di LIUTPRANDO DA CREMONA (*Relatio de legatione Constantinopolitana* 3)

(da Pastore Stocchi, pp. 29-30; traduzione in Liutprando di Cremona, *Italia e Bisanzio alle soglie dell'Anno Mille*. a c. di M. Oldoni - P. Ariatta, Novara, Europa, 1987, pp.220-221)

*Niceforo Foca visto da un ambasciatore ostile*

Septimo autem Idus  $\Gamma$ , ipso videlicet sancto die pentecostes, in domo, quae dicitur  $\Sigma\tau\epsilon\phi\acute{\alpha}\nu\alpha$ , id est Coronaria, ante Nicephorum sum deductus, hominem satis monstruosum, pygmaeum, capite pinguem atque oculorum parvitate talpinum, barba curta, lata, spissa et semicana foedatum, cervice digitali turpatum, prolixitate et densitate comarum satis hyopam, colore Aethiopem, cui per mediam nolis occurrere noctem, ventre extensum, natibus siccum, coxis ad mensuram ipsam brevem longissimum, cruribus parvum, calcaneis pedibusque aequalem, villino sed nimis veterinoso vel diuturnitate ipsa foetido et pallido ornamento indutum, Sicioniis calceamentis calceatum, lingua procacem, ingenio vulpem, periurio seu mendacio Ulyxem. Semper mihi, domini mei imperatores augusti formosi, quanto hinc formosiores visi estis?

Semper ornati, quanto hinc ornatiores? Semper potentes, quanto hinc potentiores? Semper mites, quanto hinc mitiores? Semper virtutibus pleni, quanto hinc pleniores? Sedebant ad sinistram, non in eadem linea, sed longe deorsum duo parvuli imperatores eius quondam domini nunc subiecti, cuius narrationis initium hoc fuit: "...

3. Il 7 giugno, nel santo giorno di Pentecoste, fui condotto nel palazzo che si chiama *Stephána*, cioè Coronario, davanti a Niceforo, essere mostruoso, un pigmeo dal capo grosso, che par una talpa per la piccolezza degli occhi, imbruttito da una barba corta, larga, spessa e brizzolata, col collo lungo un dito, un vero *Iopa* (Virgil., *Eneid.*, 1, 740) per la lunghezza e la densità delle chiome, un etiope per colore, con il quale non vorresti imbatterti nel cuor della notte (Gioven., 5, 54), obeso nel ventre, secco di natiche, dalle cosce lunghissime in rapporto alla breve statura, dalle gambe corte, i piedi piatti, con addosso un vestito da contadino ma troppo invecchiato o fetido e scolorito a forza di portarlo, calzato di scarpette di Sicione (Cic., *De brat.*, 1, 231), di lingua procace, carattere di volpe, un Ulisse per spergiri e menzogne. O miei signori imperatori augusti, sempre belli ai miei occhi, quanto più belli mi siete sembrati da allora! voi sempre ornati, quanto più adorni! sempre potenti, quanto più potenti! sempre miti, quanto più miti! sempre pieni di virtù, quanto più ricolmi mi sembraste! Sedevano alla sua sinistra, non sullo stesso piano, ma molto più in basso, i due piccoli imperatori, un tempo suoi padroni, ora sudditi (*i futuri Basilio II e Costantino VIII*). Così iniziò il suo discorso: "...

## 26) RODOLFO IL GLABRO *Historiarum libri IV 10; III 13; V 2*

(da Rodolfo il Glabro, *Cronache dell'anno mille (Storie)*, a cura di G. Cavallo e G. Orlandi, Milano, Mondadori, 2005<sup>8</sup>)

### Libro IV

25 10. Sequenti itaque tempore cepit in universo orbe terrarum fames convalescere ac interitus pene universi humani generis imminere. Nam temperies aeris sic intempestiva effecta est ut nullius sationis proveniret tempus congruum nec messioni precipue ob inundantiam aquarum foret oportunum. Videbantur enim inter se pugnam ipsa elementa discordie agere, cum procul dubio vindictam exercerent humane insolentie; assiduus enim imbribus ita compluta erat universa tellus, ut in spacio trium annorum nulli repperirentur sulci utiles seminibus. Tempore quoque messis herbe agrestes atque infelix lolium totam operuerant superficiem agrorum. Modius quoque sementis, ubi maius proficiebat, reddebat in messe sextarium, ipseque sextarius vix referebat pugillum. Ceperat enim primitus hec sterilitas ultionis in partibus orientis; depopulando Greciam devenit in Italiam, dehinc infusa per Gallias transit ad universos Anglorum populos. Tunc vero constricta tota gens indigentia victus, maiores ac mediocres fame pallebant cum pauperibus; cessit enim raptus potentum universali inopia. Si quid ergo victus venundatus repperiebatur, arbitrio vendentis pro libitu erat excedere seu accipere precium. Nam in plerisque locis fuit modii precium sexaginta solidorum, alias quoque sextarius solidorum quindecim. Interea post esum bestiarum et volucrum, urgente fame acerrima, ceperunt homines preripere in cibum morticina queque ac dictu horrenda. Quidam vero fecere confugium evadende mortis ad radices silvarum herbasque fluviorum, sed nequicquam; non ergo aufugium ire ultionis Dei nisi ad semetipsum. Horret denique referre que tunc generi humano corruptiones acciderunt. Heu proh dolor! quod olim raro audiri contigerit, tunc rabida inedia compulsi vorari ab hominibus humanas carnes. Arripiebantur autem viantes a se prevalentibus membratimque dividebantur igneque decocti vorabantur. Multi quoque de loco ad locum famem fugiendo pergentes hospitiis recepti noctuque iugulati, quibus suscepti sunt in cibum fuerunt. Plerique vero, pomo ostenso vel ovo pueris, ad remota circumventos trucidatosque devoraverunt. Corpora defunctorum in locis plurimis ab humo evulsa nihilominus fami subvenerunt. Que denique rabiei insanies in tantum excrevit, ut tutius moraretur solitarium absque raptore genus pecudum quam hominum. Nam veluti iam in usum devenire deberet carnes humanas comedi, quidam decoctas detulit venundandas in forum Trenorchii, ac si fuissent alicuius pecudis. Qui deprehensus crimen flagitii non negavit, deinde artatus loris igne crematus est. Carnem autem illam humo absconsam alter effodiens noctu comedit pari modo, et ille igne combustus est.

(traduzione alla pagina seguente)

## Rodolfo il Glabro

### Libro IV

10. In seguito la fame cominciò a diffondersi in ogni parte del mondo, minacciando di morte quasi tutta l'umanità<sup>61</sup>. Le condizioni climatiche erano così sconvolte, che non arrivava mai il momento opportuno per nessuna semina né il tempo utile per la mietitura, soprattutto a causa delle inondazioni. Pareva che gli elementi lottassero tra loro in reciproco conflitto, mentre è certo che infliggevano una punizione alla superbia degli uomini. La terra era così fradicia per le continue piogge che per tre anni di fila non si poté ricavare un solo solco che consentisse la semina. Al tempo della mietitura le erbacce e il dannoso loglio ricoprivano l'intera superficie dei campi. Dove il raccolto era migliore, un moggio di sementi alla mietitura rendeva uno staio, e dallo staio a malapena si poteva ricavare una manciata di grano. Questa carestia vendicatrice aveva avuto origine in oriente; dopo aver devastato i territori greci giunse in Italia, per poi riversarsi in Gallia e affliggere infine ogni zona dell'Inghilterra. Ogni strato della popolazione fu colpito dalla penuria di cibo; ricchi e meno ricchi diventavano smorti per la fame quanto i poveri; le angherie dei potenti si arrestarono di fronte alla generale indigenza. Se si trovava in vendita un po' di cibo, il venditore poteva alzare il prezzo a suo piacimento, e vederlo accolto; in molti posti il prezzo di un moggio salì a sessanta soldi, in altri quello di uno staio a quindici soldi<sup>62</sup>. Frattanto, dopo essersi cibata di quadrupedi e uccelli, la gente, sotto i morsi tremendi della fame, cominciò a prendere per nutrimento ogni sorta di carne, anche di bestie morte, e altre cose schifose. Taluni cercarono di sfuggire alla morte mangiando radici silvestri e piante acquatiche, ma inutilmente: non si trova scampo all'ira vendicatrice di Dio, se non rivolgendosi a sé stessi<sup>63</sup>. Si inorridisce a descrivere le perversioni cui l'umanità andò soggetta. In quel tempo - oh sventura! - la furia della fame costrinse gli uomini a divorare carne umana, come solo di rado si era sentito dire in passato. I viandanti venivano ghermiti da uomini più forti di loro, squartati, cotti sul fuoco e divorati. Molti tra coloro che migravano da un luogo a un altro per sfuggire all'inedia, furono sgozzati di notte nelle case dove venivano accolti e diedero nutrimento ai loro ospiti. Moltissimi adescavano i bambini con un frutto o un uovo, li inducevano a seguirli in posti appartati, li trucidavano e li divoravano. In innumerevoli luoghi perfino i cadaveri furono dissepoliti e usati per calmare la fame. Tanto dilagò quell'insano furore, da lasciare più al sicuro dal rischio di sequestri il bestiame abbandonato che l'uomo<sup>64</sup>. Come se ormai stesse divenendo un fatto abituale il mangiare carni umane, un tale ne portò di cotte per metterle in vendita sul mercato di Tournus<sup>65</sup>, quasi si trattasse di comune carne animale. Arrestato, l'uomo non negò quella colpa; fu allora immobilizzato e bruciato sul rogo. La carne venne seppellita; ma un altro la dissotterrò di notte e la mangiò, finendo egli pure bruciato.

### Libro III

#### *De innovatione basilicarum in toto orbe.*

13. Igitur infra supradictum millesimum tercio iam fere imminente anno contigit in universo pene terrarum orbe, precipue tamen in Italia et in Galliis, innovari ecclesiarum basilicas; licet pleręque decenter locatę minime indignissent, emulabatur tamen quęque gens Christicolarum adversus alteram decentiore frui. Erat enim instar ac si mundus ipse, excutiendo semet, reiecta vetustate, passim candidam ecclesiarum vestem indueret. Tunc denique episcopalium sedium ecclesias pene universas ac cetera quęque diversorum sanctorum monasteria seu minora villarum oratoria in meliora quique permutavere fideles.

### Libro V

2. Huiusmodi igitur mihimet nuperrime multoties Deo propitiante palam est contigisse. Nam, dum aliquando in Beati martyris Leodegarii monasterio, quod Ca<m>pellis cognominatur, positus degerem, nocte quadam ante matutinalem sinaxim adstitit mihi ex parte pedum lectuli forma homunculi teterrimę speciei. Erat enim, quantum a me dignosci potuit, statura mediocris, collo gracili, facie macilenta, oculis nigerrimis, fronte rugosa et contracta, depressis naribus, os exprorectum, labellis tumentibus, mento substricto ac perangusto, barba caprina, aures irtas et præacutas, capillis stantibus et incompositis, dentibus caninis, occipitio acuto, pectore tumido, dorso gibato, clunibus agitantibus, vestibis sordidis, conatu aestuans ac toto corpore preceps; arripiensque summitatem strati in quo cubabam, totum terribiliter concussit lectulum, ac deinde inquit: «Non tu in hoc loco ultra manebis». At ego territus evigilansque, sicuti repente fieri contingit, aspexi talem quem prescripsi. Ipse vero infrendens idemtidem aiebat: «Non hic ultra manebis».

#### *Si ricostruiscono basiliche in ogni parte del mondo.*

13. Si era già quasi all'anno terzo dopo il mille<sup>66</sup> quando nel mondo intero, ma specialmente in Italia e nelle Gallie, si ebbe un rinnovamento delle chiese basilicali: sebbene molte fossero ben sistemate e non ne avessero bisogno, tuttavia ogni popolo della cristianità faceva a gara con gli altri per averne una più bella. Pareva che la terra stessa, come scrollandosi e liberandosi della vecchiaia, si rivestisse tutta di un fulgido manto di chiese. In quel tempo i fedeli sostituirono con edifici migliori quasi tutte le chiese delle sedi episcopali, tutti i monasteri dedicati ai vari santi e anche i più piccoli oratori di campagna.

2. Fatti del genere sono avvenuti molte volte proprio a me, per volere di Dio, in tempi anche assai recenti. Quando dimoravo nel monastero del Beato martire Leodegario a Champeaux<sup>6</sup>, una notte, prima dell'ora del mattutino, mi apparve ai piedi del letto una figura di omiciattolo dall'aspetto tenebroso. Per quanto mi fu possibile distinguere, aveva modesta statura, collo esile, volto smunto, occhi nerissimi, fronte increspata da rughe, naso schiacciato, bocca sporgente, labbra gonfie, mento stretto e affilato, barba caprina, orecchie irsute e a punta, capelli ritti e scarmigliati, dentatura canina, cranio allungato, petto sporgente, dorso a gobba, natiche che si scuotevano<sup>7</sup>, panni sudici; era affannato e con tutto il corpo in agitazione. Afferrò un capo del pagliericcio dove giacevo e scosse il letto con terribile violenza; poi parlò: «Tu non resterai oltre in questo luogo». Nel risvegliarmi di soprassalto, come a volte capita, per lo spavento, vidi l'essere che ho descritto. Digriando i denti, ripeté più volte: «Non resterai qui oltre».

27) Dal WALTHARIUS (vv. 1-10; 419-427; 1396-1442)

(da Waltharius. Epica e saga tra Virgilio e i Nibelunghi, a c. di E. D'Angelo, Milano-Trento, Luni Editrice, 1998, pp. 58-59; 76-77; 88-89)

Il principio:

*Tertia pars orbis, fratres, Europa vocatur,  
Moribus ac linguis varias et nomine gentes  
Distinguens cultu, tum religione sequestrans.  
Inter quas gens Pannoniae residere probatur,  
Quam tamen et Hunos plerumque vocare solemus. 5  
Hic populus fortis virtute vigeat et armis,  
Non circumpositas solum domitans regiones,  
Litoris Oceani sed pertransiverat oras,  
Foedera supplicibus donans sternensque rebelles.  
Ultra millenos fertur dominarier annos. 10*

Delle tre parti del mondo, fratelli, una Europa si  
chiama,  
che popoli diversi per nome, per lingua, costumi  
abiti, e religione, distingue.  
E tra questi, come si sa, c'è il popolo della Pannonia,  
che noi siamo più soliti chiamare unni.  
Questo popolo era potente per coraggio e per  
abilità di guerra,  
e non sottometteva solo le terre vicine,  
ma giunse fino alle rive dell'Oceano,  
concedendo ai supplici pace, e abbattendo i ribelli.  
Per più di mill'anni, si dice, mantenne il dominio. 10

La fuga:

*Waltharius fugiens, ut dixi, noctibus ivit,  
Atque die saltus arbustaque densa requirens 420  
Arte accersitas pariter capit arte volucres,  
Nunc fallens visco nunc fisso denique ligno.  
Ast ubi pervenit, qua flumina curva fluebant,  
Immittens hamum rapuit sub gurgite praedam, 425  
Atque famis pestem pepulit tolerando laborem.  
Namque fugae toto se tempore virginis usu  
Continuit vir Waltharius laudabilis heros.*

Walther fuggendo, come ho detto, di notte  
avanzava,  
e nei boschi nascondendosi di giorno e nelle  
macchie folte, 420  
ad arte attirava gli uccelli e ad arte li catturava,  
ora ingannandoli col vischio, ora con trappole di  
legno. 425  
E quando in luoghi giungeva dove serpeggianti  
fiumi scorrevano,  
gettando l'amo rapiva al fiume la preda,  
e sobbarcandosi queste fatiche teneva lontano della  
fame lo spettro.  
Poté così per tutto il tempo della fuga  
il gentile Walther evitare d'affaticare Hiltgunt.

Il brindisi e la riconciliazione tra Walther, Gunther e Hagen dopo il duello finale:

*Hic tandem Hagano spinosus et ipse  
Aquitanus,  
Mentibus invicti licet omni corpore lassis,  
Post varios pugnae strepitus ictusque tremendos  
Inter pocula scurrili certamine ludunt.  
Francus ait: «Iam dehinc cervos agitabis, amice,  
Quorum de corio wantis sine fine fruaris;  
At dextrum, moneo, tenera lanugine comple,  
Ut causae ignaros palmae sub imagine fallas.  
– Wah! –, sed quid dicis, quod ritum infringere  
gentis  
Ac dextro femori gladium agglomerare videris  
Uxorique tuae, si quando ea cura subintrat,  
Perverso amplexu circumdabis – euge – sinistram?  
Iam quid demoror? En posthac tibi quidquid  
agendum est,  
Laeva manus faciet!». Cui Walthere talia reddit:  
«Cur tam prosilias, admiror, lusce Sicamber:  
Si venor cervos, carnem vitabis aprinam!  
Ex hoc iam famulis tu suspectando iubebis  
Heroum turbas transversa tuendo salutans.  
Sed fidei memor antiquae tibi consiliabor:  
Iam si quando domum venias laribusque  
propinques,  
Effice lardatam de multra farreque pultam:  
Haec pariter victum tibi conferet atque medelam!»*

1425

1430

1435

1440

Alla fine di tutto Hagen lo spinoso e  
l'Aquitano stesso,  
entrambi di spirito freschi sebben nei corpi prostrati,  
dopo il fervor della battaglia e i colpi tremendi,  
fra un bicchier e l'altro rivaleggiano in una gara  
di motti:  
dice il Franco: «Amico mio, d'ora in poi andrai  
a caccia di cervi  
e col lor cuoio ti farai un gran numer di guanti;  
ma il destro, t'avviso, riempilo di tenera lana,  
per trarre in inganno gli ignari con una mano posticcia.<sup>1</sup>  
Ah, ma che dirai a chi non ti vede seguir del  
tuo popol l'usanza,  
e ti veda portar al destro fianco la spada, 1430  
e la moglie tua, quando ce l'avrai,  
abbracciar – evviva – con la sinistra in modo  
assai strano?  
Perché continuar? D'ora in poi tutto ciò che farai,  
lo farà la mano mancina!». E a lui questo  
Walther risponde:  
«Perché sei così arzillo mi meraviglio,  
tu orbo Sigambro:  
s'io andrò a caccia di cervi, la carne tu evitai  
di cinghiale!  
D'or innanzi darai ordini ai servi di traverso  
guardando,  
e le schiere dei guerrier saluterai guardandole  
di sbieco.  
Ma memore ancor dell'antica amicizia un  
consiglio ti do:  
quando torni in patria e ti troverai in casa tua, 1440  
fatti una bella pappina, col lardo, di farina e latte:  
potrai usarla ugualmente per cibo e per medicina!»

<sup>1</sup> Walther ha infatti perso la mano destra nel duello, mentre Hagen è rimasto privo di un occhio e di molti denti.



28) Dall' *ECBASIS CAPTIVI* (vv. 95-116)

(da *Ecbasis cuiusdam captivi per tropologiam*, hrsg. von W. Trillitzsch, Leipzig, Teubner, p. 48)

95 *Cursitat ille strepens, paribus concurrere gaudens.*  
*Hec cum fastidit, silve tutamina querit,*  
*Huius in occursum forstrarius elicit ymnum,*  
*Moris ut est monachis longo de calle reversis:*  
*„Sit salvus, Christe, servus, qui mittitur ad me,*  
 100 *Te sisus domino letetur semet in ipso.*  
*Hic habet hospicium noctis sub pace quietum,*  
*Ast nostras post cras sacrabit sanguine mensas;*  
*Qui peccare valet, valet et succumbere pene.*  
*Moxque cavernosos iussus penetrare recessus*  
 105 *Ducitur ad lustra multo fetore referta.*  
*Tunc lupus, ad libitum sese saciare gavisus,*  
*Extulit hunc versum cuncta pietate perustum:*  
*„Dicito, quid venias, qua nos ratione revisas.*  
*Tu mihi nunc, sodes, optatus diceris hospes.*

110 *Laudes dic superis, silve novus incola surgis,*  
*Tu recreare venis tenuatum corpus ab escis.*  
*Tercius est mensis, quod frustror nectare carnis,*  
*Nec biberam cratum pecudis de sanguine tinctum.*  
*Cum prorepserunt primis animalia terris,*  
 115 *Mutum et pingue pecus nobis fabricaverat usus.*  
*Ordinis est virtus, placetur sanguine divus.*

29) Dal *RUODLIEB* (frg. II)

(da *Ruodlieb. La formazione e le avventure del primo eroe cortese*, a c. di R. Gamberini, Firenze, SISMEL, 2003, pp. 12-13)

FRAGMENTUM II

*Illius herbe vim medici dicunt fore talem:*  
*Torridula trita cum parvo polline mixta,*  
*Hinc pilule facte si fient more fabelle*  
 5 *Et iaciantur aquis, quicumque comederit ex his*  
*Piscis, quod nequeat subtus, supra sed aquam net.*  
*Inter tres digitos pilulas tornando rotundas*  
*Dilapidat stagno; quo pisces agmine magno*  
*Conveniunt avide capiendo pilam sibi quisque.*  
*Quam qui gustabant, sub aqua plus mare nequibant,*  
 10 *Sed quasi ludendo saltus altos faciendo*  
*Undique diffugiunt nec mergere se potuerunt.*  
*Ille sed in cimba percurrit remige stagna*  
*Post pisces, virga cogens ad litora sicca.*  
*Quos duo cum funda circumcinxere sub unda,*  
 15 *Cum terram peterent, ad aquam resalire nequirent.*  
*Sic piscando sibi ludum fecitque sodali.*  
*Tunc iussere cocos prunis assare minores,*  
*Maiores scuto regi portant ioculando:*  
*«Venari melius hodie nos non poteramus.»*  
 20 *«Retibus aut hamis hos cepistisve sagenis?»*  
*«Non sic piscamur», ait incola, «sed dominamur*  
*Piscibus, e fundo veniant ad nos sine grato,*  
*Et supra stagnum saliendo iocum dare magnum.*  
*Dum sub aquam nequeunt satis et saltando fatiscunt,*  
 25 *Hos tandem virga facimus requiescere terra.»*  
*«Hoc volo», rex dixit, «speculari, copia dum fit.»*  
*Plinius herbarum vires scribens variarum*  
*Laudat buglossam res ad multas nimis aptam.*  
*In validum potum, dicit, qui ponat eandem,*

FRAMMENTO II

*In compagnia dell'amico cacciatore che lo aveva presentato al re, Ruodlieb va a pesca utilizzando una particolare tecnica basata sull'uso dell'erba buglossa.*

I medici dicono che il potere di quell'erba è questo: disseccata, tritata, mischiata con un po' di farina, se in seguito vengono preparate delle pallottoline fatte a forma di favette e vengono gettate in acqua, qualunque [5] pesce ne mangi nuoterà sulla superficie dell'acqua poiché sotto non riuscirà<sup>27</sup>.

Arrotondandole fra tre dita, gettò le sferiche pallottoline spargendole nel lago, dove i pesci si radunarono in folta schiera<sup>28</sup>, ognuno prendendosi avidamente una pallottola: quelli che la assaggiarono, non riuscirono più a nuotare sott'acqua, [10] ma, facendo alti salti, come se stessero giocando, fuggirono disordinatamente dappertutto e non poterono immergersi. Ma egli, con l'aiuto del compagno che remava, percorreva l'acqua su una barca incalzando i pesci e con un bastone li riuniva verso le rive asciutte<sup>29</sup>. I due allora li chiusero sott'acqua in una rete da gettata; [15] quand'anche essi fossero giunti a terra, non avrebbero potuto saltare indietro verso l'acqua. Così pescando, procurò uno svago a sé e al compagno. Poi ordinarono ai cuochi di arrostitire sulla brace i più piccoli; i più grandi invece li portarono al re sopra uno scudo e scherzando dicevano: «Oggi non potevamo cacciare meglio!». E il re<sup>30</sup>: [20] «Li avete presi con le reti, con gli ami oppure con le nasse?». «Non peschiamo così», disse l'abitante di quella terra<sup>31</sup>, «ma abbiamo potere sui pesci<sup>32</sup> perché dal fondo vengano a noi contro la loro volontà e saltando fuori dall'acqua ci offrano un grande divertimento: poiché non riescono a nuotare sott'acqua e continuando a saltare si sfiniscono completamente, [25] alla fine li facciamo riposare a terra col bastone<sup>33</sup>». «Lo voglio vedere», disse il re, «quando ce ne sarà l'opportunità».

### 30) Uno dei *CARMINA CANTABRIGIENSIA* (48)

(da Vecchi, pp.142-143)

O admirabile Veneris idolum,  
cuius materie nihil est frivolum,  
Archos te protegat, qui stellas et polum,  
fecit et maria condidit et solum.  
Furis ingenio non sentias dolum,  
Cloto te diligat, que baiolat colum. 6

« Salvato puerum » non per ipotesim,  
sed firmo pectore deprecor Lachesin,  
sororem Atropos, ne curet heresim.  
Neptunum comitem habeas et Tetim,  
cum vectus fueris per fluvium Tesim.  
Quo fugis, amabo, cum te dilexerim?  
miser, quid faciam, cum te non viderim? 13

Dura materies ex matris ossibus  
creavit homines iactis lapidibus,  
ex quibus unus est iste puerulus,  
qui lacrimabiles non curat gemitus.  
Cum tristis fuero, gaudebit emulus.  
Ut cerva rugio, cum fugit hinnulus. 19

O mirabile immagine di Venere,  
nella cui materia nulla c'è di frivolo,  
ti protegga Colui che le stelle e il cielo  
fece e creò il mare e la terra.  
Deh! tu non soffra inganno per l'arte di un ladro;  
ti ami Cloto, che reca la conocchia.

« Salva il fanciullo », non per finzione  
ma di tutto cuore io prego Lachesi,  
sorella di Atropo, che non voglia prenderlo.  
Che tu abbia a compagni Nettuno e Teti,  
quando sarai portato sul fiume Adige.  
Dove fuggi, di grazia, da me che ti ho amato?  
Che farò, misero, quando non ti vedrò?

Dura sostanza, fatta dell'ossa della madre,  
creò gli uomini col getto delle pietre,  
una delle quali è questo fanciulletto,  
che non si cura dei lacrimosi gemiti.  
Di mia tristezza gioirà il rivale.  
Gemo qual cerva, cui fuggì il cerbiatto.

### 31) *CARMINA BURANA* (45; 115; 130; 144; 201; 219)

(da *Carmina Burana*, a cura di P. Rossi, Bologna, Bompiani, 2002<sup>7</sup>, pp. 46; 143; 148; 212; 216-217; 222-224)

45.

- I. Roma, tenens morem nondum satiata priorem  
Donas donanti, parcis tibi participant;  
Sed miser immunis censetur, eum quia punis.  
„Accipe“ „sume“ „cape“ tria sunt gratissima pape;  
„Nil do“ „nil presto“ nequeunt succurrere mesto. 5  
Non est Romanis cure legatus inanis.  
Si dederis marcas et eis impleveris arcas,  
Pena solveris, quacumque ligatus haberis.  
Ergo non nosco, quamvis cognoscere posco.  
In quo papalis res distet et imperialis: 10  
Rex capit argentum, marcarum milia centum;  
Et facit illud idem paparum curia pridem.  
Rex capit audenter, sed domnus papa latenter.  
Ergo pari pena rapientes sic aliena  
Condemnabuntur, quia Simonis acta secuntur. 15
- II. Curia Romana non curat ovem sine lana.  
III. Roma manus rodit, quos rodere non valet, odit.

45.

- I. Roma, tu mantieni le tue antiche abitudini senza mai saziarti: dai a chi ti dà e sei clemente con chi ti cede i suoi tesori, mentre disprezzi e condanni chi non ti offre nulla. “Prendere, arraffare ed intascare” sono i tre verbi che il Papa preferisce; non dando nulla, non concedendo nulla non si può certo soccorrere gli afflitti.  
Ai Romani non piace chi viene a mani vuote. Se invece darai loro tanto denaro da colmare gli avidi forzieri, eviterai ogni condanna, anche se ti trovi già in catene. Per questo io non vedo, ma lo vorrei proprio sapere!, quale sia la differenza fra il Papa e l'Imperatore: quest'ultimo intasca grandi somme di denaro, ma da tempo fa lo stesso anche la curia papale; solo che l'Imperatore se ne impossessa apertamente, mentre il Papa di nascosto. Perciò saranno condannati alla stessa pena perché rubano i beni altrui e imitano il peccato di Simone.
- II. La curia romana non vuol pecore senza lana.  
III. Roma deruba chi può e odia chi non può derubare.

115.

1. Nobilis, mei miserere, precor!  
tua facies ensis est, quo necor,  
nam medullitus amat meum te cor:  
subveni!

*Refl.* Amor improbus omnia superat.  
subveni!

2. Come sperulas tue eliciunt,  
cordi sedulas flammis adiciunt;  
hebet animus, vires deficiunt:  
subveni!

*Refl.* Amor improbus...

3. Odor roseus spirat a labiis;  
speciosior pre cunctis filiis,  
melle dulcior, pulchrior liliis,  
subveni!

*Refl.* Amor improbus...

4. Decor prevalet candori etheris.  
ad pretorium presentor Veneris.  
ecce pereor, si non subveneris!  
subveni!

*Refl.* Amor improbus...

130.

1. Olim lacus colueram,  
olim pulcher exstiteram,  
dum cygnus ego fueram.  
miser! miser!

*Refl.* Modo niger  
et ustus fortiter!

2. Eram nive candidior,  
quavis ave formosior;  
modo sum corvo nigrior.  
miser! miser!

*Refl.* Modo niger...

3. Me rogos urit fortiter,  
gyrat, regyrat garcifer;  
propinat me nunc dapifer.  
miser! miser!

*Refl.* Modo niger...

4. Mallem in aquis vivere,  
nudo semper sub aere,  
quam in hoc mergi pipere.  
miser! miser!

*Refl.* Modo niger...

5. Nunc in scutella iaceo  
et volitare nequeo;  
dentes frendentes video —  
miser! miser!

*Refl.* Modo niger...

144.

1. Iam iam virent prata, iam iam virgines  
iocundantur, terre ridet facies.  
estas nunc apparuit,  
ornatusque florum lete claruit.

2. Nemus revirescit, frondent frutices,  
hiems seva cessit; leti, iuvenes,  
congaudent floribus!  
amor allicit vos iam virginibus.

3. Ergo militemus simul Veneri  
tristia vitemus nosque teneri!  
visus et colloquia,  
spes amorque trahant nos ad gaudia!

115.

1. Ti prego, o mia signora, abbi pietà di me! Il tuo volto è  
una spada che mi uccide; ti amo infatti dal profondo del  
mio cuore: soccorrimi, ti prego!

*Rit.:* L'amore tenace sa vincere ogni ostacolo. Soccorrimi,  
ti prego!

2. I tuoi capelli effondono bagliori che nel mio cuore accen-  
dono vampe di passione; l'animo si smarrisce, le forze mi  
abbandonano: soccorrimi, ti prego!

*Rit.:* L'amore tenace sa vincere ogni ostacolo. Soccorrimi,  
ti prego!

3. Dalle tue labbra spira il profumo delle rose; sei la più affa-  
scinante di tutte le fanciulle, sei dolce più del miele, sei  
bella più dei gigli: soccorrimi, ti prego.

*Rit.:* L'amore tenace sa vincere ogni ostacolo. Soccorrimi,  
ti prego!

4. Il tuo splendore supera la tersità del cielo. Per causa tua  
ora servo fra i sudditi di Venere. Sento prossima la morte,  
se non mi rechi aiuto. Soccorrimi, ti prego!

*Rit.:* L'amore tenace sa vincere ogni ostacolo. Soccorrimi,  
ti prego!

130.

1. Un tempo sguazzavo nei laghi ed ero molto bella, quando  
ero ancora un'oca. Me misera, me misera!

*Rit.:* Ora sono tutta nera ed arrostita!

2. Ero più bianca della neve, più splendida di ogni altro pen-  
nuto; ora invece sono nera più di un corvo. Me misera, me  
misera!

*Rit.:* Ora sono tutta nera ed arrostita!

3. Il fuoco mi brucia senza sosta, il cuoco mi gira e mi rigira,  
e il servo mi porta sulla tavola. Me misera, me misera!

*Rit.:* Ora sono tutta nera ed arrostita!

4. Come vorrei vivere nell'acqua e stare sempre all'aria aper-  
ta, invece di essere immersa in questa salsa. Me misera,  
me misera!

*Rit.:* Ora sono tutta nera ed arrostita!

5. Mi trovo ora in un piatto e non posso più volare; vedo già  
i denti pronti a divorarmi... Me misera, me misera!

*Rit.:* Ora sono tutta nera ed arrostita!

144.

1. I prati rinverdiscono, le fanciulle hanno la gioia nel cuore  
e la terra sorride al nuovo sole. È tornata la bella primave-  
ra e risplende lieta nel suo manto di fiori.

2. Il bosco mette nuove fronde, gli arbusti si vestono di fo-  
glie e il triste inverno è ormai passato. O giovani, godete  
lieti di questi fiori! Alla vista delle fanciulle ecco che na-  
sce in voi l'amore.

3. Poniamoci dunque insieme agli ordini di Venere e finché  
siamo giovani fuggiamo la tristezza! Che i dolci sguardi ed  
i colloqui, l'amore e la speranza ci conducano alla gioia!

201.

Tu das, Bacche, loqui, tu comprimis ora loquacis,  
 Ditas, deditas, tristia leta facis.  
 Concilias hostes, tu rumpis federa pacis,  
 Et qui nulla sciunt, omnia scire facis.  
 Multis clausa seris tibi panditur arca tenacis;  
 Tu das, ut detur, nil dare posse facis.  
 Das ceco visum, das claudo crura salacis:  
 Crederis esse deus, hec quia cuncta facis.  
 Ergo bibamus, ne sitiamus, vas repleamus.  
 Quisque suorum posteriorum sive priorum  
 Sit sine cura morte futura re peritura.  
 Pone merum et talos, pereat, qui crastina curat.  
 Bacchus erat captus vinclisque tenacibus aptus;  
 Noluit ergo deus carceris esse reus.  
 Ast in conclavi dirupit vincula suavi  
 Et fractis foribus prodiit e laribus.

219.

1. Cum „In orbem universum“ decantatur „ite“, sacerdotes ambulans, currunt cenobite et ab evangelio iam surgunt levite, sectam nostram subeunt, que salus est vite.
2. In secta nostra scriptum est: „omnia probate!“ vitam nostram optime vos considerate, contra pravos clericos vos perseverate, qui non large tribuunt vobis in caritate!
3. Marchiones, Bawari, Saxones, Australes, quotquot estis nobiles, vos precor sodales, auribus percipite novas decretales: quod avari pereant et non liberales.
4. Et nos misericordie nunc sumus auctores, quia nos recipimus magnos et minores; recipimus et divites et pauperiores, quos devoti monachi dimittunt extra fores.
5. Nos recipimus monachum cum rasa corona et si venerit presbyter cum sua matrona, magistrum cum pueris, virum cum persona, scolarem libentius tectum veste bona.  
 ....
8. Ordo procul dubio noster secta vocatur, quam diversi generis populus sectatur; ergo „hic“ et „hec“ et „hoc“ ei preponatur, quod sit omnis generis, qui tot hospitatur.
9. De vagorum ordine dico vobis iura, quorum vita nobilis, dulcis est natura, quos delectat amplius pinguis assatura severa quam faciat hordei mensura.
10. Ordo noster prohibet matutinas plane, sunt quedam phantasmata, que vagantur mane, per que nobis veniunt visiones vane. si quis tunc surrexerit, non est mentis sane.
11. Ordo noster prohibet semper matutinas, sed statim, cum surgimus, querimus popinas; illuc ferri facimus vinum et gallinas. nil hic expavescimus preter Hashardi minas.  
 ...

201.

O Bacco, tu sai sciogliere la lingua, ma chiudi anche la bocca a chi è loquace; rendi ricco, rendi povero, fai lieto ciò che è triste. Tu riappacifici i nemici, ma infrangi anche la pace, e a chi non sa nulla fai sapere tutto. Per te si aprono i forzieri degli avari, chiusi da molte serrature; tu dai perché sia dato, ma fai anche sì che nulla sia donato. Dai la vista ai ciechi, dai agli zoppi le gambe di chi è mosso da lussuria: puoi essere considerato un dio, dal momento che operi miracoli.

Orsù, beviamo, togliamoci la sete e riempiamo subito i bicchieri. Nessuno si preoccupi del passato e del futuro; quando verrà la morte tutto finirà!

Porta vino e dadi, possa morire chi si cura del domani.

Bacco era prigioniero, legato da catene assai robuste; ma il dio non volle rimanere chiuso nel carcere di legno. Così ruppe le catene della sua dolce prigionia, abbatté le pareti e uscì dalla dimora.

219.

1. Non appena si alza il grido: "Andate in tutto il mondo!" i sacerdoti si mettono in cammino, i monaci corrono, i diaconi interrompono lo studio del Vangelo per seguire la nostra setta che è la salvezza della vita.
2. Nella regola della nostra setta è scritto: "Provate ogni esperienza!"; venite ad apprezzare anche voi i vantaggi di questa nostra vita e giurate odio a quei chierici perversi che non si mostrano generosi nel farvi la carità.
3. Genti delle Marche, di Baviera, di Sassonia e d'Austria, e tutti voi che avete nobile sentire, vi prego!, o compagni, ascoltate le nuove decretali: che vadano alla malora gli avari ed i taccagni!
4. Noi siamo gli unici a praticare la vera misericordia, poiché accogliamo i grandi e insieme i piccoli, i ricchi ed anche i poveri, che i monaci devoti lasciano fuori dal portone.
5. Noi accettiamo sia il monaco che porta la tonsura, sia, se vuol venire, il prete insieme alla compagna, sia il maestro con i suoi scolari, sia il chierico seguito dal vicario, ma più volentieri lo studente che indossi un bel vestito.  
 ...
8. Senz'altro il nostro ordine si può chiamare setta, perché è seguito dalla folla più svariata. Chiunque può quindi entrare a farne parte: uomini, donne ed altri ancora, poiché comprende persone di ogni genere una setta che accoglie tanta gente.
9. Vi espongo ora la regola dell'ordine dei vaganti, che conducono vita nobile e sono di amabile natura, cui piace di più l'arrosto ben condito del pane d'orzo passato dal convento.
10. Il nostro ordine ci vieta di cantare il mattutino. Ci sono dei fantasmi che vagano al mattino e che ci ispirano ingannevoli visioni; chi si alza così presto non è sano di mente.
11. Il nostro ordine ci impone di non svegliarci mai di buon mattino; ma, appena alzati, andiamo all'osteria. Qui ci facciamo portare il vino e anche l'arrosto, e non temiamo altro che la sfortuna al gioco.  
 ...

## 32) Dal *MONOLOGION* di ANSELMO D'AOSTA (Prol.)

(da Anselmo d'Aosta, *Monologion*, intr. tr., note e apparati di I. Sciuto, Milano, Rusconi, 1995, pp. 44-47)

### Prologus

Quidam fratres sæpe me studioseque precati sunt, ut quaedam, quæ illis de meditanda divinitatis essentia et quibusdam aliis huiusmodi meditationi coherentibus usitato sermone colloquendo protuleram, sub quodam eis meditationis exemplo describerem. Cuius scilicet scribendæ meditationis magis secundum suam voluntatem quam secundum rei facilitatem aut meam possibilitatem hanc mihi formam præstituerunt: quatenus auctoritate scripturæ penitus nihil in ea persuaderetur, sed quidquid per singulas investigationes finis assereret, id ita esse plano stilo et vulgaribus argumentis simplicique disputatione et rationis necessitas breviter cogeret et veritatis claritas patenter ostenderet. Voluerunt etiam, ut nec simplicibus paneeque fatuis obiectionibus mihi occurrentibus obviare contemnerem.

Quod quidem diu tentare recusavi atque me cum re ipsa comparans multis me rationibus excusare tentavi. Quanto enim id quod petebant usu sibi optabant facilius, tanto illud mihi actu iniungebant difficilior. Tandem tamen victus cum precum modesta importunitate tum studii eorum non contemnenda honestate, invitus quidem propter rei difficultatem et ingenii mei imbecillitatem quod precabantur incepti, sed libenter propter eorum caritatem quantum potui secundum ipsorum definitionem effeci. Ad quod cum ea spe sim adductus, ut quidquid facerem, illis solis a quibus exigebatur, esset notum, et paulo post eisdem idipsum ut vilem rem fastidientibus contemptu esset obruendum – scio enim me in eo non tam precantibus satisfacere potuisse, quam precibus me prosequentibus finem posuisse –: nescio tamen quo pacto sic præter spem evenit, ut non solum prædicti fratres, sed et plures alii scripturam ipsam quisque sibi eam transcribendo in longum memoriæ commendare satagerent.

Quam ego sæpe retractans nihil potui invenire me in ea dixisse, quod non catholicorum patrum et maxime beati AUGUSTINI scriptis coherent. Quapropter si cui videbitur, quod in eodem opusculo aliquid protulerim, quod aut nimis novum sit aut a veritate dissentiat: rogo, ne statim me aut præsumptorem novitatum aut falsitatis assertorem exclamet, sed prius libros præfati doctoris AUGUSTINI *De trinitate* diligenter perspiciat, deinde secundum eos opusculum meum diiudicet. Quod enim dixi summam trinitatem posse dici tres substantias, Græcos secutus sum, qui confitentur tres substantias in una persona eadem fide, qua nos tres personas in una substantia. Nam hoc significant in deo per substantiam, quod nos per personam. Quaecumque autem ibi dixi, sub persona secum sola cogitatione disputantis et investigantis ea quæ prius non animadvertisset, prolata sunt, sicut sciebam eos velle quorum petitioni obsequi intendebar.

Precor autem et obsecro vehementer, si quis hoc opusculum voluerit transcribere, ut hanc præfationem in capite libelli ante ipsa capitula studeat præponere. Multum enim prodesse puto ad intelligenda ea quæ ibi legerit, si quis prius, qua intentione quoque modo disputata sint, cognoverit. Puto etiam quod, si quis hanc ipsam præfationem prius viderit, non temere iudicabit, si quid contra suam opinionem prolatum invenerit.

### Prologo

Alcuni confratelli<sup>1</sup> mi hanno pregato spesso e con insistenza di trascrivere per loro, come esempio di meditazione, certe cose che avevo loro esposto, in linguaggio corrente, intorno alla essenza divina e ad alcune altre questioni, legate a questa meditazione. Seguendo la loro volontà più che la facilità della cosa o la mia possibilità, per la scrittura della meditazione mi hanno imposto questa forma: che assolutamente nulla vi fosse raggiunto con l'autorità della Scrittura, ma che l'esito di ogni ricerca fosse, in uno stile semplice e con argomenti comuni, brevemente concluso dalla necessità della ragione e apertamente manifestato dalla chiarezza della verità. Hanno anche voluto che non disdegnassi di rispondere alle obiezioni che mi si presentassero, anche a quelle semplici e banali.

A lungo mi sono ricusato di tentare e, comparandomi alla cosa stessa, ho cercato di scusarmi con molte ragioni. Quanto più facilmente, infatti, desideravano avere ciò che chiedevano, tanto più difficilmente ingiungevano a me di realizzarlo. Infine, tuttavia, vinto non solo dalla modesta importunità delle preghiere ma anche dalla non disprezzabile onestà della loro insistenza, ho iniziato ciò che mi chiedevano contro voglia, per la difficoltà della cosa e per la debolezza del mio ingegno; ma l'ho terminato volentieri, vedendo la loro carità, per quanto ho potuto secondo la loro indicazione. A ciò sono stato addotto dalla speranza che tutto ciò che avrei fatto sarebbe stato noto solo a coloro che me lo chiedevano, e poco dopo da loro stessi, disgustati, sarebbe stato sepolto nel disprezzo, come cosa di scarso valore; so infatti di non aver tanto potuto soddisfare coloro che mi pregavano, quanto di aver posto fine alle preghiere che mi incalzavano. Tuttavia, non so come, è accaduto che, al di là di ogni speranza, non solo i predetti confratelli, ma anche molti altri si dessero da fare, trascrivendo ciascuno per sé il mio scritto, nel mandarlo a memoria.

Avendolo io rivisto spesso, non vi ho potuto trovare di aver detto nulla che non si accordi con gli scritti dei Padri cattolici e, massimamente, del beato Agostino. Se, perciò, a qualcuno sembrerà che in questo opuscolo io abbia detto qualcosa che o sia troppo nuovo o che dissenti dalla verità, lo prego di non definirmi subito un presuntuoso innovatore o un assertore di falsità, ma di scrutare diligentemente, prima, i libri del sopra citato dottore Agostino sulla Trinità; poi, secondo questi, giudichi il mio opuscolo. Quando, infatti, ho sostenuto che la somma Trinità può essere detta tre sostanze, ho seguito i Greci, che affermano le tre sostanze in una persona con la medesima fede con la quale noi diciamo tre persone in una sostanza. In Dio, infatti, essi significano con sostanza ciò che noi indichiamo con persona. Inoltre, tutte le cose che ho detto qui, sotto la figura di chi disputa con sé col solo pensiero e di chi ricerca le cose di cui prima non si era accorto, sono state dette così come sapevo che volevano coloro alla cui richiesta intendevo compiacere.

Prego poi e supplico fortemente chi volesse trascrivere questo opuscolo, di aver cura d'anteporre questa prefazione in testa al libro, prima dei capitoli stessi. Ritengo, infatti, che giovi molto a comprendere ciò che leggerà, se prima il lettore avrà conosciuto con quale intenzione e in quale modo si è svolta la ricerca. Penso inoltre che, se uno avrà visto prima questa prefazione, non giudicherà avventatamente, se vi troverà sostenuto qualcosa contro la sua opinione.

### 33) Dalla *HISTORIA CALAMITATUM* di PIETRO ABELARDO (6)

(da Sidwell, pp. 278-279; traduzione da Abelardo, *Storia delle mie disgrazie. Lettere d'amore di Abelardo e Eloisa*, intr., tr. e note di F. Roncoroni, Milano, Garzanti editore, 1983, pp. 21-22)

Erat quippe in ipsa civitate Parisius adolescentula quedam nomine Heloysa, neptis canonici cujusdam qui Fulbertus vocabatur, qui eam quanto amplius diligebat tanto diligentius in omnem qua poterat scientiam litterarum promoveri studuerat. Que cum per faciem non esset infima, per habundantiam litterarum erat suprema. Nam quo bonum hoc litteratorie scilicet scientie in mulieribus est rarius, eo amplius puellam commendabat et in toto regno nominatissimam fecerat. Hanc igitur, omnibus circumspectis que amantes allicere solent, commodiorem censui in amorem mihi copulare et me id facillime credidi posse. Tanti quippe tunc nominis eram et juventutis et forme gratia preminebam, ut quamcunque feminarum nostro dignarer amore nullam vererer tepulsam. Tanto autem facilius hanc mihi puellam consensuram credidi quanto amplius eam litterarum scientiam et habere et diligere noveram; nosque etiam absentes scriptis internuntiis invicem liceret presentare et pleraque audacius scribere quam colloqui et sic semper jocundis interesse colloquiis.

Viveva allora<sup>49</sup> a Parigi una fanciulla di nome Eloisa, nipote di un certo Fulberto, un canonico,<sup>50</sup> che le voleva un grandissimo bene e che aveva cercato di farla istruire in ogni disciplina letteraria. Così Eloisa, non ultima per bellezza,<sup>51</sup> superava tutte per la sua profonda cultura,<sup>52</sup> anzi, proprio questa sua dote, tanto rara nelle donne, le conferiva una particolare attrattiva e le aveva già dato una certa fama in tutto il regno.

Trovando in lei tutte le qualità che sogliono attrarre gli amanti, pensai di iniziare con lei una interessante relazione, ed ero sicuro che nulla mi sarebbe stato più facile: avevo allora una tale fama e un tale fascino, anche in considerazione della mia giovane età, che a qualsiasi donna mi fossi degnato di offrire il mio amore, non avevo timore di riceverne alcun rifiuto. D'altra parte ero convinto che la fanciulla avrebbe corrisposto tanto più volentieri ai miei desideri, quanto più la sapevo colta e appassionata per gli studi letterari; pensavo che, anche quando non avessimo potuto stare insieme, ci saremmo sentiti l'uno accanto all'altra scrivendoci delle lettere,<sup>53</sup> e, per iscritto, ci saremmo detti anche quello che a parole non avremmo mai confessato: insomma, avremmo potuto continuare così senza interruzione i nostri dolci colloqui.

49 L'incontro di Abelardo con Eloisa dovrebbe risalire al 1116-1117 quando Abelardo era sui quarant'anni ed Eloisa era poco più che sedicenne.

50 Circa la personalità storica di questo Fulberto, chierico e canonico di Notre-Dame come Abelardo, cfr. P.L. 178, col. 126, nota 23.

51 Il brevissimo accenno, in forma di litote, all'aspetto fisico di Eloisa da parte di Abelardo, che poi insiste soprattutto sull'intelligenza e sulla cultura della donna, non può non stupirci. Niente del resto sappiamo di preciso sulla bellezza di Eloisa: gli unici dati a nostra disposizione sono quelli deducibili dalle testimonianze di coloro che nel 1800 assistettero alla terza esumazione dei resti dei due amanti, secondo le quali, a giudicare dall'ossatura, Eloisa doveva essere « di statura grande e di belle proporzioni... con la fronte liscia e rotonda e in perfetta armonia con le altre parti del viso...; la sua mascella era fornita di denti bianchissimi » (cfr. peraltro McLeod cit., pp. 18-19).

52 Dell'eccezionale cultura di Eloisa si veda lo splendido elogio nella lettera a lei indirizzata da Pietro il Venerabile.

53 E lettere infatti i due amanti si scrissero, lettere che comunque non ci sono pervenute, dato che quelle a noi note sono successive a questa *Historia calamitatum*: Abelardo stesso, ad esempio, allude a una lettera che Eloisa gli avrebbe scritto per annunciargli la prossima maternità.

Procedit Goliath procero corpore, nobili illo bellico apparatu circummunitus, antecedente quoque ipsum armigero eius Arnaldo de Brixia. Squama squamae coniungitur, et nec spiraculum incedit per eas. Siquidem sibilavit apis quae erat in Francia api de Italia, et convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Christum eius. Intenderunt arcum, paraverunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde. In victu autem et habitu habentes formam pietatis, sed virtutem eius abnegantes, eo decipiunt plures, quo transfigurant se in angelos lucis, cum sint Satanae. Stans ergo Goliath una cum armigero suo inter utrasque acies, clamat adversus phalanges Israel exprobratque agminibus sanctorum, eo nimirum audacius quo sentit David non adesse. Denique in sugillationem Doctorum Ecclesiae, magnis effert laudibus philosophos, adinventiones illorum et suas novitates catholicorum Patrum doctrinae et fidei praefert, et, cum omnes fugiant a facie eius, me omnium minimum expetit ad singulare certamen.

5

10

35) Un BRANO di una COMMEDIA ELEGIACA: il GETA di VITALE di BLOIS (vv. 251-290)

(da *Geta*, a c. di F. Bertini in "Commedie latine del XII e XIII secolo" III, Genova, Istituto di Filologia Classica e Mediaevale, 1980, pp. 230-233)

La trama della commedia, che ricalca quella dell'*Anfitrione* di Plauto, è la seguente: Giove, innamorato di Alcmena, vuole approfittare dell'assenza del di lei marito Anfitrione, che studia filosofia ad Atene, per sedurla. Dopo avere assunto l'aspetto di Anfitrione, Giove si reca da Alcmena, accompagnato da Mercurio, che ha a sua volta assunto le sembianze di Geta, il servo di Anfitrione. Frattanto fa ritorno in patria il vero Anfitrione, accompagnato dal vero Geta. Quest'ultimo si reca a casa per annunciare l'arrivo del padrone, ma Mercurio, travestito da Geta, lo caccia in malo modo, dicendo che Anfitrione e Geta sono tornati a casa ormai da un pezzo e che il vero Geta è lui. La vicenda si conclude felicemente col ritorno di Giove in cielo e il rientro a casa di Anfitrione.

<Amphitrión, Birria, Geta>

<Anfitrione, Birria, Geta>

Amphitrión relegebat iter; sequitur preeuntem  
 Vix quoque sub minimo Birria fasce gemens.  
 425 Dum videt hic Getam: « Proh maxime Iupiter! » inquit,  
 « Quid sibi vult Geta? Qua ratione redit?  
 Significat dampnum Gete citus iste recursus?  
 Fac, bona Iuno, precor, nuntiet ille bonum!  
 430 Ne mortem nati, ne casum coniugis egre  
 Afferat hic vereor: ora dolentis habet.  
 Turbor in aspectu: date, numina, ne sine prole  
 Dicar et in magna parte perisse mei!  
 Quid taceo? Queram ». Sic inquit et occupat illum:  
 « Dic, age, dic, Geta: quid mea cura facit?  
 435 Stamus an occidimus? Periine in coniuge fida  
 An vivit quod amo? » Geta rogatus ait:  
 « Hercule! Sum Geta, quia Getam me vocat ille.  
 Quod non est aliquid nomen habere nequit! ».  
 Hec secum tacitus; adiecit protinus: « Hercle!  
 440 Nuntio mira: diu est quod sumus ambo domi.  
 Hercule! Non sumus hic, rediit iam Birria iamque  
 Amphitrión thalamos, hostia Geta tenet.  
 Vera quidem, vera nimium loquor. O ego felix,  
 Si quecumque loquor omnia falsa forent!  
 445 Si sis Amphitrión, a te dimissus abibam;  
 Inveni rigidis hostia clausa seris.  
 Insisto foribus; me Geta recedere iussit  
 Amphitrióna probans iam rediisse domum.  
 Me michi descripsit, mea facta recensuit ipse  
 450 Quodque foret Geta multa dedere fidem ».
 Birria subridens: « Accepit Grecia sanos  
 Hos », ait, « insanos illa remisit eos.  
 Insanire facit stultum dialectica quemvis;  
 Ars ea numquam sit, Birria, nota tibi:  
 455 Arte carere bonum est que per fantasmata quedam  
 Aut homines asinos aut nichil esse facit.  
 Sit logicus quivis; tu, Birria, sis homo semper!  
 His studium placeat, uncta popina tibi ».

Anfitrione era sulla via del ritorno; Birria, gemebondo pur sotto un carico assai leggero, seguiva a fatica il padrone che lo precedeva. Costui vedendo Geta esclamò: « Per Giove Ottimo Massimo, che cos'ha Geta? Perché mai sta ritornando? Questo suo veloce ritorno è forse indizio di qualche guaio? O mia buona Giunone, te ne prego, fa' sì ch'egli porti una buona notizia! Ho paura che venga ad annunciarmi la morte di mio figlio o una malattia di mia moglie: ha il dolore dipinto sul viso. Al solo vederlo sono sconvolto: o dèi, fate che non si dica che sono rimasto senza figli e che ho perduto gran parte di me stesso! Ma perché sto zitto? Gli farò delle domande ». E, detto questo, lo previene: « Dimmi, Geta, suvvia, dimmi: che fa l'oggetto dei miei pensieri? Devo vivere o morire? Ho perduto la mia fedele sposa, oppure il mio amore è vivo? » Geta interrogato disse: « Accidenti! Allora sono Geta, visto che egli mi chiama Geta. Quel che non esiste non può avere un nome ». Questo disse fra sé e sé, e aggiunse subito: « Accidenti! Ti porto una notizia straordinaria: noi due siamo in casa da un bel pezzo. Noi non siamo qui, accidenti, anche Birria è già ritornato e Anfitrione è già in camera da letto, mentre Geta è di guardia alla porta. Quel che sto dicendo è vero, anche troppo vero: oh, quanto sarei contento se tutto quel che dico fosse falso! Ammesso che tu sia Anfitrione, me ne stavo dunque venendo a casa, dove tu mi avevi inviato, ma ho trovato la porta sprangata con robusti catenacci. Busso insistentemente alla porta, ma Geta mi ingiunse di allontanarmi, asserendo che Anfitrione era già tornato a casa. Mi fece la descrizione di me stesso, enumerò le azioni da me compiute e molti argomenti mi convinsero che egli era Geta. ». 450 E Birria disse con un sorriso: « La Grecia li ha accolti sani e ce li ha rispediti pazzi. Quando uno è ignorante, lo studio della dialettica lo fa impazzire; quella è una scienza che tu non devi mai apprendere, Birria: è un vero guadagno fare a meno di una scienza che, per mezzo di elucubrazioni fantastiche, trasforma gli uomini in asini o addirittura li annienta. Chi vuole faccia pure il logico; tu, Birria, cerca di rimanere sempre un uomo! Costoro amino lo studio, tu il grasso della cucina ».

453 In questo verso, in cui Birria ribadisce quel che Geta aveva affermato al v. 419, Vitale ci fornisce, a mio avviso, la chiave interpretativa del suo lavoro: la dialettica nuoce agli *stulti*. Pertanto chi è privo di intelligenza, se cerca di apprendere la dialettica, diventa pazzo; non molto diversamente Abelardo, all'inizio del *De hypotheticis*, ricordava che la dialettica è la scienza *que quidem sola id in excellentia sua privilegium tenet, ut non eam exercitium, sed potius conferat ingenium* (*Dialectica*, ed. L.M. DE RIJK, Assen 1956, p. 471). È evidente dunque « che Vitale e Abelardo combattono con armi diverse nella stessa trincea: entrambi irridono i falsi filosofi per tutelare la dignità e il valore della filosofia vera » (F. BERTINI, *Il «Geta» di Vitale*, art. cit., p. 265).



### 36) Il dramma sacro: *DE NATIVITATE DOMINI*

(da Franceschini, pp. 119-120; traduzione da E. Franceschini, *Teatro latino medievale*, Milano, Nuova Accademia Editrice, 1960, pp. 222-223)

*Ab Herode discedant tres magi paulatim inspicientes stellam et disputantes de illa.*

*Interim angelus appareat pastoribus et dicat:*

31. Magnum vobis gaudium, pastores, annuntio: Deus se circumdedit carnis vestre pallio, quem "mulier" non peperit carnali commercio, immo virgo permanens mater est ex filio.

*Pastoribus euntibus dicat diabolus:*

32. Tu ne credas talibus, pastorum simplicitas! scias esse frivola, que non probat veritas. quod sic in presepio sit sepulta Deitas, nimis est ad oculum reserata falsitas.

*Iterum pastoribus ad negotium suum redeuntibus dicat angelus:*

33. Pastores, querite natum in presepio et votum solvite matri cum filio! nec mora veniat isti consilio, sed vos huc dirigat mentis devotio.

*Iterum pastoribus abeuntibus dicat diabolus ad aures eorum:*

34. Simplex cetus, aspice, qualis astutia eius, qui sic fabricat vero contraria; utque sua fallerent nugis mendacia, in rhythmis conciliat, que profert omnia.

*Mirentur pastores, et unus dicat ad alterum:*

35. Numquid, frater, colligit ea, que audio? quedam vox insinuat de nato filio; verum in contrarium ab hoc suscipio, quod audita resident iuncta mendacio.

*Dicat iterum angelus ad pastores:*

36. Cur non aures vertitis ad hunc veri nuntium? quis est iste subdolos vertens vos in devium? ne vos error induat propter adversarium, ite, nam quod predico, monstrabit presepium!

*Dicat iterum euntibus diabolus:*

37. O gens simplex nimium et in sensu vulnerata! fer fenum et pabulum, que bubus non ingrata in presepi comedat Deitas reclinata! debaccharis nimium, cum putas ista rata.

*Iterum pastores ad socios suos:*

38. Audi, frater, verum, qualis repugnantia! inde quedam audio, hinc horum contraria. meus simplex animus, mea mens non sobria ignorat, que potior sit horum sententia.

*Postea simul convenient angeli et simul cantent:*

Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bone voluntatis.

Alleluia, alleluia!

*Qua voce audita dicat pastor ad socios suos:*

39. Ad hanc vocem animi produco suspirium, ex hac intus habeo citharizans gaudium. procedamus igitur simul ad presepium et curvatis genibus adoremus filium!

*Deinde procedant pastores ad presepe cantando hanc antiphonam:*

Facta est cum angelo multitudo celestis.

*Partano da Erode i tre magi, lentamente, sempre guardando la stella e discutendo di essa fra loro.*

*Frattanto UN ANGELO apparisca ai pastori e dica:*

Una grande gioia, o pastori, vi annunzio: Iddio s'è circondato della vostra stessa carne; una donna l'ha generato, non per commercio d'uomo, ma, rimanendo vergine, madre l'ha resa il figlio.

*Ai pastori che si mettono in cammino dica IL DIAVOLO:*

Non vogliate credere a tali cose, o semplici pastori! Vane sono, sappiatelo, se la verità non le dimostra. Che in un presepio si nasconda la divinità, è cosa troppo chiaramente falsa ad ogni occhio!

*Ai pastori che ritornano alle loro faccende dica allora L'ANGELO:*

Cercate, o pastori, il bambino nel presepio, e venerate la madre e il figlio. Nessun indugio vi trattenga da questo consiglio, ma là vi guidi la devozione del cuore.

*Ai pastori che di nuovo si mettono in cammino soffi negli orecchi IL DIAVOLO:*

O gente semplice, vedi quanto grande è l'astuzia di colui che cose contrarie al vero fabbrica; e per nascondere con amenità le sue menzogne, esprime col ritmo tutto ciò che dice!

*Si guardino I PASTORI, e l'uno dica all'altro:*

Forse anche tu odi ciò che io odo? Una voce parla di un nato bambino, poi dice l'opposto. Da ciò comprendo che tutto quello che ascolto è menzogna.

*Dica di nuovo L'ANGELO ai pastori:*

Perché non prestate orecchio a questo vero annunzio? Chi è l'astuto che vi volge a falsi sentieri? Badate che non v'induca in errore l'avversario! Andate, e ciò ch'io preannunzio il presepio vi mostrerà.

*Partono i pastori. Ma IL DIAVOLO dica loro:*

O gente troppo semplice e povera di comprendonio! Porta fieno ed erba, cibo ai buoi non sgradito; ma che la divinità si nutra, adagiata in un presepio, sei davvero pazza, se credi possa essere cosa conveniente!

*Di nuovo dicano I PASTORI ai loro compagni:*

Odi, fratello, quale ripugnantia! Da una parte ascolto parole, dall'altra, altre contrarie; il mio animo semplice, la mia mente non avveduta, ignora quale sia la migliore sentenza!

*Poi vadano insieme MOLTI ANGELI e insieme cantino:*

Gloria nei cieli a Dio, e pace in terra agli uomini di buona volontà! Alleluia, Alleluia!

*Udito questo canto, dica UN PASTORE ai suoi compagni:*

A questa voce un sospiro mi esce dal cuore; per essa mi risuona dentro una vivissima gioia. Andiamo dunque insieme al presepio e in ginocchio adoriamo il bambino.

*Poi vadano I PASTORI al presepio cantando quest'antifona:*

Venne attorno all'angelo una moltitudine di spiriti celesti<sup>2</sup>.

<sup>1</sup> Luca, 2, 14.

<sup>2</sup> Luca, 2, 13. Il testo continua: «Un esercito di spiriti che lodavano Dio e dicevano: "Gloria a Dio nell'alto dei cieli, e pace in terra agli uomini di buona volontà. Alleluia!"».

### 37) Una "VISIONE" di ILDEGARDA DI BINGEN (*Scivias I 1*)


(da Sidwell, p. 287; traduzione da Ildegarda di Bingen, *Scivias. Il nuovo cielo e la nuova terra*, a c. di Giovanna Della Croce, Città del Vaticano 2002, p. 57)

Dopo aver descritto la visione, Ildegarda la spiega: la montagna simboleggia la stabilità del regno di Dio. La figura sulla montagna nel suo splendore accecante indica che Dio è incomprendibile alle menti umane. Ai piedi della montagna la figura piena di occhi simboleggia il timor di Dio, l'altra figura, illuminata dalla luce divina, rappresenta i poveri di spirito. Le scintille intorno alle due figure sono le virtù provenienti da Dio che confortano chi teme Dio e chi è povero di spirito. Le finestrelle sulla montagna indicano l'impossibilità per l'uomo di celare a Dio le proprie azioni.

Vidi quasi montem magnum, ferreum colorem habentem, et super ipsum quendam tantae claritatis sedentem ut claritas ipsius visum meum reuerberaret, de quo ab utraque parte sui lenis umbra uelut ala mirae latitudinis et longitudinis extendebatur. Et ante ipsum ad radicem eiusdem montis quaedam imago undique plena oculis stabat, cuius nullam humanam formam prae 5  
ipsis oculis discernere ualebam, et ante istam imago alia puerilis aetatis, pallida tunica sed albis calceamentis induta, super cuius caput tanta claritas de eodem super montem ipsum sedente descendit ut faciem eius intueri non possem. Sed ab eodem qui super montem illum sedebat multae uiuentes scintillae exierunt, 10  
quae easdem imagines magna suavitate circumuolabant. In ipso autem monte quasi plurimae fenestellae uidebantur, in quibus uelut capita hominum quaedam pallida et quaedam alba apparuerunt.

Vidi<sup>1</sup> qualcosa simile a<sup>2</sup> una grande montagna, di color ferrigno. Sopra vi sedeva un personaggio di così grande luminosità da abbagliare la mia vista. Dalle sue spalle, come un'ombra lieve, si stendevano ali d'immensa larghezza e lunghezza.<sup>3</sup>

Davanti a lui, alle falde di quella montagna, stava una figura piena ovunque di occhi, di cui non riuscivo a discernere alcuna forma umana, eccetto i numerosi occhi. Davanti ad essa un'altra figura, quella di una giovinetta dal vestito color cenere e calzari bianchi. Sul suo capo scese una luminosità così grande da colui che sedeva sulla montagna, che io non riuscivo a vedere il suo volto. Anche da colui che sedeva sulla montagna sprizzavano molte scintille vive che si aggiravano intorno alle stesse figure con grande soavità.<sup>4</sup> Sulla stessa montagna si scorgevano moltissime finestrelle, nelle quali apparivano come delle teste umane, alcune pallide, altre bianche.



<sup>1</sup> Ogni capitolo riporta prima la visione. Per interpretarla, è diviso in paragrafi o sottotitoli, indicati con numeri, che da noi vengono ripresi nel testo. Nel cap. I si distinguono: 1) Della forza e stabilità dell'eternità. 2) Del timore di Dio. 3) Di coloro che sono poveri di spirito. 4) Perché quelli che temono Dio e sono poveri di spirito custodiscano le virtù che vengono da Dio. 5) I desideri degli atti degli uomini non si possono nascondere alla conoscenza di Dio. 6) Salomone sullo stesso argomento.

### 38) Dall'*ALEXANDREIS* DI GUALTIERO DI CHÂTILLON (VII 294-305)

(da Sidwell, p. 354)

I libri I-VII dell'opera sono dedicati al racconto della conquista della Persia, che si conclude con l'assassinio di Dario ad opera dei suoi stessi seguaci.

Nel brano che segue sono riportate le parole pronunciate da Dario in punto di morte.

'hoc unum superos uotis morientibus oro infernūque Chaos, ut euntibus ordine fatis totus Alexandro famuletur subditus orbis. magnus, et in magno dominetur maximus orbe, utque michi iusti concessio iure sepulchri a rege extremi non inuideantur honores.'	295
sic ait et dextram tamquam speciale ferendam pignus Alexandro Greco porrexit, eique letifer irrepsit per membra rigentia sompnus, et sacer erumpens luteo de carcere tandem spiritus, hospicium miserabile carnis abhorrens, prodiit et tenues euasit liber in auras.	300     305

### 39) GUALTIERO ANGLICO *Esopus* prol.; fav. 5

(ed. P. Busdraghi, Genova 2005, pp. 44-45 e 54-55)

#### Prologo

<p>Ut iuuet et prosit conatur pagina presens: dulcius arrident seria picta iocis. Ortulus iste parit fructum cum flore, favorem flos et fructus emunt: hic sapit, ille nitet. 5 Si fructus plus flore placet, fructum lege, si flos plus fructu, florem, si duo, carpe duo. Ne michi torpentem sopiret inertia sensum, in quo pervigilet, mens mea movit opus. 10 Ut messis pretium de vili surgat agello, verbula sicca, Deus, implue rore tuo. Verborum levitas morum fert pondus honestum, et nucleum celat arida testa bonum.</p>	<p>Cercano di essere utili e di piacere queste pagine: le cose serie colorite con toni scherzosi appaiono più gradite. Questo è un orticello che dà il frutto e il fiore, l'approvazione si guadagnano entrambi: l'uno ha il sapore, l'altro la bellezza. Se piace più il frutto del fiore, cogli il frutto, se il fiore più del frutto, cogli il fiore, se tutti e due, prendi entrambi. Perché l'inattività non intorpidisca la mia intelligenza addormentandola, la mia mente ha iniziato un'opera nella quale deve restare insonne. Perché un raccolto di valore sorga dall'umile campicello, bagna, o Dio, con la tua rugiada le povere parole aride. La leggerezza delle parole racchiude il nobile peso della morale, il guscio secco nasconde il buon gheriglio.</p>
---	--

#### Favola 5

##### 5 De cane et carne

Nat canis, ore gerit carnem, caro porrigit umbram.  
Umbra coheret aquis: has canis urget aquas.  
Spem carnis plus carne cupit, plus fenore signum  
fenoris: os aperit, sic caro spesque perit.

5 Non igitur debent pro vanis certa relinquī.  
Non sua si quis avet, mox caret ipse suis.

##### 5 Il cane e la carne

Un cane nuota con un pezzo di carne in bocca, la carne proietta la  
[propria immagine,  
l'immagine si unisce all'acqua e il cane si spinge verso quel punto  
(dell'acqua.

Desidera l'immaginē della carne più della carne stessa,  
la prospettiva del guadagno più del guadagno stesso:  
apre la bocca e perde la carne che ha e quella che desidera.

Non si devono dunque lasciare le cose certe per quelle inconsistenti. 5  
Se qualcuno desidera ciò che non è suo, in poco tempo perde anche il suo.

#### 40) Dall'ANTICLAUDIUS di ALANO DI LILLA

(da Alano di Lilla, *Viaggio della Saggezza. Anticlaudianus, Discorso sulla sfera intellegibile*, a cura di C. Chiurco, Milano, Bompiani, 2004, pp. 104-107)

##### Il ritratto di Saggezza (chiamata *Phronesis* o *Prudentia*)

Saggezza, la vera protagonista del poema, viene inviata in ambasceria presso Dio per esporgli il progetto di Natura, allarmata per la corruzione dell'umanità, di forgiare un nuovo individuo pieno di ogni virtù. Saggezza fa costruire un carro in cui entrano tutte le conoscenze dell'epoca (arti del trivio e del quadrivio) per salire sino al cielo e rivolgersi direttamente alla divinità. Ma i cinque sensi esterni che tirano il carro sono incapaci di arrivare in cielo; spetta alla Teologia il compito di condurre la Saggezza alla Fede e con l'aiuto di Dio il viaggio arriva a termine.

- 270 Surgit ad hoc placidi uultus gestusque modesti  
Circumscrip̄ta modum Prudentia. Colla pererrat  
Aurea cesaries, sed acus mediata refrenat  
Litigium crinis et regula pectinis instat.  
Ordo superciliū, iusto libramine ductus,  
275 Nec nimis exhaustus nec multa nube pilorum  
Luxurians, sese geminos exemplat in arcus.  
Luminis astra iubar, frons lilia, balsama naris,  
Dens ebur osque rosam parit, offert, reddit, adequat;  
Spirat in ore color uiuus nec candor adulter  
280 Turpiter effingit tanti phantasma decoris.  
Sydereum uultus castigauere ruborem  
Lilia nupta rosis et, ne palloris obumbrent  
Nubila candorem, deffendit flamma ruboris.  
Clarior argento, fuluo conspectior auro  
285 Lucidior glacie, cristallo gracios omni,  
Menti planicies roseo non derogat ori;  
Non male colla sedent, humero non insidet alta  
Ceruix, sed spacio surgit distincta modesto.  
Poma mamillarum, modico suspensa tumore,  
290 Nulla mollicie dependent fracta, sed ipsa  
Duricie proprii describunt signa pudoris.  
Explicat explicito tractu iunctura lacertos  
Amplexusque suos deoscerere brachia credas,  
Imaque conciliat summis extremaque primis  
295 Conuallis laterum, modulo submissa decenti.  
Cetera quis nescit meliora latere sub istis  
Quorum sola gerunt placidi prelude uultus?  
Canone sub certo dimensio nulla retardat  
Corporis excursum uel certo fine refrenat:  
300 Nunc magis euadens celestia uertice pulsat,  
Nunc oculos frustrans celestibus insidet, ad nos  
Nunc redit et nostra sese castigat habena.  
Vestis erat filo tenui contexta, colorem  
Non mentita suum nulloque sophismate uisum  
305 Decipit, immo rubor natiuus inhebrat illum.  
Non ibi materies forme suffragia querit  
Nec forme peccata sibi uelamina querunt.  
Materie neutra succumbit, neutra sorori  
Cedit et ex equo certant utra uincere possit.  
310 Sompniat hic rerum species pictura resultans,  
Quas tamen ex parte iubet expirare uetustas,  
Et forme ueteris uestigia pauca supersunt;  
Sed tamen in partes uestem diffibulat istam  
In uariis scissura locis, lugere uidetur  
315 Vestis et illata sibimet conuicia flere.  
Dextra munus librat trutinam que singula pensat  
In numero, forma, mensura, pondere, causa.  
Hiis ornata modis, isto festiua paratu,  
Verba parat solers Prudentia, cuius ab ore  
320 Curia dependet. Currunt instanter ad illam  
Visus et auditus, sed uoto dispare certant:  
Visus, ut in specie tanta conuiuia querat  
Auditusque fauos uerborum suggat ab ore.

(vv. 270 – 325) A questo punto Saggezza,<sup>1</sup> un po' in disparte rispetto alle altre per il contegno del placido volto e la riservatezza delle maniere, si alza in piedi. Le auree chiome le coprono le spalle, ma una forcina posta nel mezzo, separandole, ne frena lo scompiglio<sup>2</sup> ed un pettine fa valere su di esse le proprie leggi. Le sue ordinate sopracciglia, regolate secondo giuste proporzioni, né troppo sfoltite né troppo rigogliose per la crescita eccessiva dei peli,<sup>3</sup> sembrano due archi uguali. Il luore dei suoi occhi eguaglia quello delle stelle, dalla sua fronte crescono gigli, le narici offrono balsami, i denti producono avorio<sup>4</sup> e la bocca rose;<sup>5</sup> un vivo colore soffia sul suo viso e nessun falso e sgraziato candore può ricreare l'immagine di questa immensa bellezza. Gigli uniti in matrimonio a rose le regalano lo splendente colorito del volto e, affinché le nubi del pallore non ne adombrino il candore, una fiamma le conferisce una tinta rosata. La superficie del mento, più splendente dell'argento, più notevole dell'oro giallo, più luminosa del ghiaccio, più deliziosa di ogni cristallo, non mette in secondo piano il colore rosato delle labbra; il collo si inserisce graziosamente tra le spalle, la nuca non è troppo alta rispetto all'omero, ma si innalza su di esso con un modesto distacco. I seni, come mele, sono proporzionati e non cadono flaccidi per la loro mollezza, bensì con la loro compattezza mostrano i segni del proprio pudore. Prima di incrociarle, apre le braccia con un movimento allargato e si potrebbe credere che esse chiedano i suoi abbracci,<sup>6</sup> mentre l'avvallamento dei suoi fianchi, moderatamente stretto, unisce le parti alte del corpo a quelle poste in basso, la testa ai piedi. Chi può ignorare che sotto a queste sono nascoste altre e migliori cose, di cui il placido aspetto è soltanto il preludio? Nessuna parte del corpo, in modo armonico con le altre, rallenta i suoi movimenti, o li frena con limiti precisi: ora innalzandosi tocca con la testa i cieli, ora siede tra i celesti eludendo i nostri sguardi, ora ritorna tra noi e si sottomette alle nostre restrizioni.

La sua veste<sup>7</sup> è tessuta con un filo sottile, non falsifica il suo colore e non inganna la nostra vista con nessuna sofisticazione, ma una tinta originale rossa la<sup>8</sup> imbeve. In essa, la materia non cerca aiuto da parte della bellezza né i difetti di quest'ultima hanno bisogno di coprirsi. Nessuna delle due si rovina, nessuna cede all'altra ma con esito pari si contendono la vittoria. Come in un sogno, l'immagine che ne risulta mostra la bellezza delle cose che, tuttavia, l'età della vecchiaia in parte porta a sparire mentre poche tracce della antica avvenenza rimangono vive; tuttavia, ella slaccia questa veste per spargerla in vari luoghi, e questa sembra piangere e lamentare i colpi che le vengono inferti. La mano destra regola una bilancia che distingue ogni cosa per numero, forma, misura, peso, origine. Così adorna, gioiosa per quest'abito, la solerte Saggezza prepara le parole, mentre la Curia pende dalle sue labbra. Immediatamente la vista e l'udito si concentrano su di lei, ma combattono con esito diverso: la vista festeggia una simile bellezza, l'udito succhierà il miele delle parole pronunciate dalla bocca.

1 La descrizione delle vesti delle varie personificazioni presenti nell'opera di Alano riveste sempre grande importanza simbolica. L'antecedente è naturalmente la descrizione della veste della Filosofia in Boezio, *De consolatione Philosophiae* 1, prosa 1.

#### 41) Dal *METALOGICON* di GIOVANNI DI SALISBURY

(da Sidwell, p. 257; traduzione-parafrasi da C. Haskins, *La rinascita del XII secolo* [trad. dall'ed. inglese di P. Marziale Bartole], Bologna, Il Mulino, 1972, pp. 310-311)

Giovanni ricorda i giorni trascorsi a Parigi come studente di logica ed esprime la propria opinione sugli insegnanti di allora

Cum primum adulescens admodum studiorum causa migrassem in Gallias, anno altero postquam illustris rex Anglorum Henricus leo iustitiae rebus excessit humanis, contuli me ad Peripateticum Palatinum, qui tunc in Monte Sanctae Genouefae, clarus doctor et admirabilis omnibus, praesidebat. Ibi ad pedes eius prima artis huius rudimenta accepi et pro modulo ingenioli mei quicquid excidebat ab ore eius tota mentis aviditate excipiebam. Deinde post discessum eius qui mihi praeproperus visus est, adhaesi magistro Alberico, qui inter ceteros opinatissimus dialecticus enitebat, et erat reuera nominalis sectae acerrimus impugnator. Sic ferme toto biennio conversatus in Monte, artis huius praeceptoribus usus sum Alberico et magistro Roberto Meludensi (ut cognomine designetur quod meruit in scholarum regimine, natione siquidem Angligena est); quorum alter ad omnia scrupulosus locum quaestionis inueniebat ubique, ut quamuis polita planities offendiculo non careret et, ut aiunt, ei scirpus non esset enodis. Nam et ibi monstrabat quod oporteat enodari. Alter autem in responsione promptissimus subterfugii causa propositum nunquam declinauit articulum quin alteram contradictionis partem eligeret aut, determinata multiplicitate sermonis, doceret unam non esse responsionem. Ille ergo in quaestionibus subtilis et multus, iste in responsis perspicax breuis et commodus. Quae duo si pariter eis alicui omnium contigissent, parem utique disputatorem nostra aetate non esset inuenire. Ambo enim acuti erant ingenii et studii peruciacis et (ut reor) magni praeclarique uiri in philosophicis studiis enitissent, si de magno litterarum niterentur fundamento, si tantum institissent uestigiis maiorum quantum suis applaudebant inuentis. Haec pro tempore quo illis adhaesi. Nam postea unus eorum profectus Bononiam dedidit quod docuerat. Siquidem et reuersus dedocuit. An melius, iudicent qui cum ante et postea audierunt. Porro alter in diuinis proficiens litteris, etiam eminentioris philosophiae et celebrioris nominis assecutus est gloriam.

Quando ragazzo ancora mi recai nella Gallia a motivo di studio (era l'anno successivo a che il glorioso re d'Inghilterra, Enrico, leone di giustizia, si dipartì dalle terrene cose) mi rivolsi al Peripatetico di palazzo (Abelardo), che presiedeva allora la Montagna di Sainte-Geneviève, maestro illustre e ammirato da tutti gli uomini. Quivi ai suoi piedi appresi i primi rudimenti dell'arte dialettica e cercai di afferrare, secondo che mi permetteva

la miseria del mio intelletto, qualunque cosa uscisse dalle sue labbra con tutta l'avidità della mia mente. Quindi, allorché egli ci abbandonò, troppo presto, come a me parve, avvicinai il maestro Alberico, che eccellea su tutti gli altri come dialettico di fama altissima, e veramente fu il più aspro avversario della setta nominalista.

Essendo adunque io occupato sulla Montagna per due interi anni, ebbi come istruttori nell'arte dialettica Alberico e il maestro Roberto di Melun (mi sia concesso di nominarlo con il soprannome che gli veniva dato nel governo della scuola, ché altrimenti per nazionalità era inglese): sottile l'uno ed ampio nelle domande, l'altro nelle risposte lucido, conciso e piacevolissimo. [Essi erano per certo rispetto complementari l'uno dell'altro: se la capacità analitica di Alberico si fosse combinata in una sola persona con la chiarezza nel risolvere le questioni di Roberto] il nostro secolo non avrebbe conosciuto dibattito uguale. Poiché essi erano uomini d'acuto intelletto, inespugnabili per dottrina... Questo per il tempo in cui fui con loro in conversazione, giacché uno andò a Bologna ed ivi disimparò quello che qui aveva insegnato, sicuro, e ritornò e disfece con l'insegnamento tutta l'opera precedente, fosse questo per il meglio o no, lo giudichino quanti lo avevano ascoltato prima e lo ascoltarono dopo. L'altro si volse allo studio delle divine lettere, e aspirò alla gloria di una filosofia più nobile, a un nome più illustre.

## 42) SALIMBENE DE ADAM *Cronica*

(Salimbene de Adam da Parma, *Cronica*, testo latino a cura di G. Scalia ; traduzione di B. Rossi, Parma : Monte Università Parma, 2007, pp. 976-977, 990-991)

### DE BONITATIBUS FRIDERICI ET SUFFICIENTIIS EIUS

